

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Ahasver Fritsch

**Ahasveri Fritschi Paraenesis Ad Viros Politicos, Curis ac negotiis secularibus,
cumprimis gravioribus, nimis occupatos, ut quandoque, eis reiectis, ad pias
meditationes & sacras lectiones se conferant**

Nunc denuo edita cum auctario, Ex analectis Viri cuiusdam sanctius istud ac pie negotiosum otium, (cui operam non dare, iudice S. Bernhardo in Lib. 1. de considerat. &c. c. 8. est vitam perdere) tenerrimo desiderio expetiscentis, Francofurti: Jacquetus, 1694

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796686521>

Druck Freier  Zugang



36 p
40 n
8 n
24 n
46 n
20 p
48 p
24 p
24 p
28 p
32 p
32 n
24 n
24 p
40 n
28 p
24 n
16 p
16 p
24 p
56
38
32
10. 124
52 — u. lat.
26.
16. 28 n
91 n
16 p
36 p
68 p
40 p
66 p
26 p
68 p
22 p
86 n

51 c. 6.

Fg=10711-44.

- Index.
1. Winckelst und Hinc Kelmarus Bründziger Brunnis.
 2. R. Ministerij firste Abfertigung.
 3. Winckelst Abgängigkeits Akte Schrift.
 4. Eisdem Joh. gamüts Abfertigung.
 5. D. Mayers Belohnung für Abfertigung.
 6. Winckelst wist zu Christi Ankomst und d. Jahrhund. D. May.
 7. Winckelst und Hinc Kelmarus Abgängigkeits Abfertigung g. D. May.
 8. D. Mayers Angriffstraktat gegen.
 9. Eisdem Vorauswirken der Abfertigung.
 10. Winckelst Deutscher Kriegsbericht D. May.
 11. Vacken Eidromm am Tag am 1. Jan.
 12. Vacken Sment halb Eidromm.
 13. Anonymi Empfehlung Brudern über gegenw. Religionskrieg.
 14. Vacken Erster Teil Eidromm.
 15. Vacken. De Swindan Horbinum miss. Erfurgen.
 16. Winckelst Rettung der Antike wieder in Universalien.
 17. R. Ministerij zweiter Abfertigung.
 18. R. Ministerij dritter Abfertigung. Wiedereintritt über gelang.
 19. Vacken Englisches Antrittsvertrag wider Winckelst.
 20. D. Mayers Antike Formale Freunde Winckel. und Hinc.
 21. Winckelst geht gewissem wider die Gotts. Beſtellungen.
 22. Winckelst Andachtige Solga D. Mayers, l. Yre.
 23. Vack. Probus Ornament an Senat. mit Sonnenblum.
 24. D. Hinc Kelmarus Gotts. Abfertigung ob freilich an Barni Brundis.
 25. Ornemanns Brundziger Abfertigung der Winckelst g. Vack.
 26. Clemensius Brundziger wider den Brundziger.
 27. D. Mayers Epistola ad Amicos Belgas.
 28. Winckelst Brundz. Brunnis, d. in Hamb. Dies nicht mir gemahlt.
 29. Ornemanns Brundziger Brundziger wider Winckelst.
 30. Vack wider ey in die Brundziger.
 31. Clemensius Brundziger Sonnenblum. Erzähler beginnt.

27. In Öhringen des fann von L. H. Hinckelmann.
28. Einmorgeln über Hinckelmanns was der Vortragung.
29. Abholzung Hamburgs diarium.
30. Q. Petersen dritter Vortrag ad Ciliusni Santi.
31. Abholzung des Leipziger Regioni ist in Altenburg gestrichen.
32. Franc Kast Präsentierung ist am Antig.
33. Q. Dieckmanns Regioni ist Fao, ist privatum Comitum.
34. Neubauer Abholzung des Altenburgschen zu gestrichen.
35. Ristung Wiederaufbau der Präsentation.
36. Neubauer bringt es am Sonn. abgerückt sonder kann.
37. Ebdem Sandhausen an L. v. Petersen.
38. G. Kaischi Amica Responit ad M. D. Mayer.
39. Q. Neumann ^{mag.} de Ciliusmo Subtilissimo. - aut. J. G. Weijer. (Druckspeicher
40. Q. Hirschon Annalen. Kirchliche Einrichtung. Programm
41. Q. Peifferi Epitola ad Corinthus.
42. Q. Trichy Parvulus ad Vetus Test. de Legend. Bibc.
43. Etiedim Würzburgensis de unter. novis.
44. Vom Erfurter Abendath ein Vortragung des Petermanns.

I. N. 7.


AHASVERI FRITSCHI
PARÆNESIS
AD
VIROS POLITICOS,

Curis ac negotiis secularibus , cumpri-
mis gravioribus,nimis occupatos,ut quandoque,eis
rejectis,ad pias meditationes & sacras lectiones se
conferant.

Nunc denuò edita cum auctario ,

Ex analectis

Viri cujusdam sanctius istud ac piè negotiosum otium,
(cui operam non dare, judice S. BERNHARDO in Lib. I. de con-
siderat. &c. c. g. est vitam perdere) tenerimo desiderio
expotifcentis.



FRANCOFURTI,

Literis MARTINI JACQUETI, An. 1694.



A M A
A H A S A E R I F R I T S C H I
D A R K A E N E S I S
A V R O S P O H T I C O S



I. N. 7.

PARÆNESIS AD VIROS POLITICOS.

I.



Erè Sapiens ille dixit: *Viri in Magistratu colloca-* Fr. Bacon.
ti, ter servi: Servi Principis vel Politiae, servi fa- de Verulam.
mæ & servi negotiorum, adeò ut libertate neuti- serm. fidel.
quam fruantur, nec in personis, nec in temporibus II.
suis. Certè Viri, potestatibus sublimes, ipsis sibi
ignoti sunt; &, dum negotiis distrahuntur, tem-
pore carent, quô sanitati aut corporis aut animâ sua, consulant.

Hanc negotiorum servitatem noti nemo introspicens rectè censuit, Moltke. de
quod nemo minus vivat, quam homo nimium occupatus: fatentur ipsis divers. hom.
querula voce, qui secularibus negotiis adeò obruti, ut vix necessitatibus propos.
nature relinquatur, quod corpusculi paulationi sufficiat, vix tantillum
temporis, quod devotæ recitationi orationis Dominicæ, aut lectioni
capitis Biblici inserviat. Usque adeò non est respirare in bonis, non
est alternam capessere quietem, non vel rara interseri otia. Neque
enim diei malitia sua sufficit, sed nec liberae illis noctes sunt: dies diei
eructat negotia & nox nocti indicat labores; quorum fructus tamen
sapiens nisi aranearum telæ, afflictio spiritus, evisceratio mentis.

Quis non condoleat talibus Viris, verè servis negotiorum? quæ
servitus gravior, miserior, miserabilior, quam hæc, ubi nunquam ani-
mus liber, nunquam quietus, nunquam suus, sed continua occupatio,
vexatio, distractio; ubi perpetuus negotiorum strepitus, hominum
A 2 tumul-

tumultus, à mane usque ad vesperam : mortem rectius, quām vitam, dixeris horum vitam. Neque enim Deo vivunt, neque animæ suæ; sed negotiis secularibus, occupationibus mundanis, rebus transitoriis. Hospites sibi sunt, peregrini sunt, sibi ipsis ignoti sunt, adeò ut meritò de illis illud exclamare liceat : *ō homines ad servitutem natos!*

II.

Exhortor autem Vos, *ō Viri Politici*, quos miserrimæ hujus servitutis jugum non modicè premit; quos continua occupationes hic illic trahunt, rapiunt; quorum animi solicitudinibus temporalium negotiorum fatigantur; ut certis temporum vicibus transeat à *Martha ad Mariam*, hoc est, à negotiis secularibus ad *meditationes sacras*, *considerationes pias*, *contemplationes cœlestes*; à lectionibus chartarum, *Actuum*, *Rationum*, *Recensuum*, *Regalium*, *Registrorum*, ad lectiones sacrarum literarum.

Exhortor Vos, ut aliquando exeatis è mundo civilium turbarum in paradisum spiritualium deliciarum; *ō quām dulces, quām suaves, quām jucundæ, quām salutares illæ*; ac verè *anima Paradisi!*

Conferte igitur Vos ex Labyrinto secularium negotiorum in hunc paradisum sacrarum meditationum! hīc spirant grati zephyri gratiarum, consolationum! hīc serenitas mentis, claritas lucis, tranquillitas cordis! hīc fontes deliciarum, flumina voluptatum, rivuli fluentium in vitam aquarum! ibi verò rigidus Aquilo & austerus Auster variarum occupationum perstrepunt! ibi caligo, tenebæ, ac nebulæ variarum nequitiarum, corruptelarum, fraudum! ibi mare cogitationum ac solicitudinum semper turbidum, semper impetuosum, semper fluctibus negotiorum tumidum!

III.

Impossibile hoc esse, fortean respondebis, *Vir Politece*: facilius, dices, abdicare se officio & mundo valedicere.

Rectè hoc, si rumpere, & non magis interrumpere negotia, hortarer. Ut tibi nonnunquam ab occupationibus parcas, animumq[ue] à secularibus negotiis revokes, suadeo, rogo.

Sed, inquis, nec hoc mihi permisum, totum hominem, totum diei tempus functio mea exigit.

Audi, quælo, sanctum Ecclesiæ patrem, Chrysostomum, si qui sunt, ait,

*hom. 20. in
Iohannem.*

ait, qui negotia occupationesq; & publicarum privatrarumq; rerum curas causantur, primum in hoc non parum errant, quod in tot rebus versentur, & ita semper secularibus negotiis adfixi sunt, ut ne minimum quidem in his, que maxime necessaria sunt, studium impendant. Deinde frivola & nullius momenti excusationem adferunt, cum accusari potius hac in parte eorum cum amicis possent consuetudines, & etiam ludicra, in quibus se pote totum diem consumunt; & tamen in his alias non causantur occupationes. Præterea rebus vilibus & abjectis diligens adhibent studium, divinis autem quando vacandum, ne minimam quidem curam in his ponendam ducunt.

Descende nunc, Vir Politice, in temetipsum & expende occupationes & actiones tuas, annon merito in eis, quod hanc rem, potius accusari, quam excusari debeas? Audi, si placet, optimum monitorem, Ludov. Vivem: Distinemur, inquit, omnes adeo curis & cogitationibus alie. in epistola
ad Ioh. Bar-
nis à pietate, ut cutque nostrum opus sit crebrà revocatione, sanguinum mili-
tis emanoris & in officio suo cessantis; ut consuecat homo se ad cœlum
atque originem suam attollere.

Quisque existimet dictum sibi à Domino, quod Martha: *Solicita es & turbaris circa plurima: porro unum est necessarium.* Quocirca exercitamenta reliqua occupationis sunt à nobis quæsitæ; hoc unum est necessitatis à Deo indicat, ad illum finem & effectum, ob quem homo est missus in vitam.

I V.

S. Bernhardus, ad Eugenium Papam, cui in occupationibus suis concatenatis maxime condolebat, notanter ita scribit: Audi, quid red. rat. lib. i.
arguam, quid suadeam. Si, quod vivis & sapiis, totum das actioni, con- c. 5.
siderationi nihil, laudo te, in hoc non laudo. Si item totus vis esse omnium, instar illius, qui omnibus omnia factus est, laudo humanitatem, sed si plena sit. Quomodo autem plena, te excluso? Et tu homo es? Ergo ut integra sit & plena humanitas, colligat & te intra se sinus, qui omnes recipit. Alioquin quid tibi prodest juxta verbum Domini, si universos lucreris, te unum perdens? Quamobrem, cum omnes te habent, esto etiam tu ex habitibus unus. Quid solus fraudaris munere tui? usquequò vadens spiritus & non rediens? usquequò non recipis te & ipse inter alios vice tuā? Sapientibus & insipientibus debitor es, & soli negas te tibi? Stultus & sapiens, servus & liber, dives &

pauper, vir & fœmina, senex & juvenis, clericus & laicus, justus & impius, omnes pariter participant te, omnes de fonte publico bibunt, pectori tuo, & tuseo sim sitiens stabis? Si maledictus, qui partem suam facit deteriorem, quid ille, qui se penitus reddit expertem? Sanè deriventur aquæ in plateas, homines & jumenta bibant, sed inter cæteros bibe tu de fonte putei tui. Alienus, inquit, non bibat ex eo. Num quid tu alienus? cui non alienus, si tibi es? Denique qui sibi nequam, cui bonus? memento proinde, non dico *semper*, non dico *sapè*, sed vel *interdum*, reddere te ipsum tibi. Uttere tu quoque te inter multos, aut certè post multos. *Non totum te, nec semper da actioni, sed considerationi aliquid tuus & cordis & temporis sequestra.* Nam si licet, quod dicarem, absolute per omnia & in omnibus præferendam & vel solam vel maximè colendam eam, *qua ad omnia valet*, id est, PIETATEM, protus infragabilis ratio monstrat. Quid verò pietas? vacare considerationi. Hæc ipsum fontem suum, i. e. mentem, de quâ oritur, purificat. Deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat, & ordinat, postremò *divinarum* pariter & *humanarum* rerum scientiam confert. Hæc est, quæ confusa disternat, hiantia cogit, sparsa colligit, secura rimatur, vera vestigat, verisimilia examinat, ficta & fucata explorat. Hæc est, quæ agenda præordinat, acta recogitat, ut nihil in mente resideat, aut incorrectum, aut correctione egens. Hæc est, quæ in prosperis adversa præsentit, in adversis quasi non sentit; quorum alterum fortitudinis, alterum prudentiæ est.

V.

Urges ulterius, *Vir Politice*, non posse te muneric ratione solum esse & à terrenarum actionum strepitu te subtrahere. *Sequere ergo optimum S. Bernhardi consilium.* Secede, sed mente, non corpore, sed intentione, sed devotione, sed spiritu. Sola indicitur tibi mentis & spiritus solitudo. Solus es, si non omnia cogitas, si non affectas præfentia; si despicias, quod multi suspiciunt, si fastidas, quod omnes desiderant. Alioquin nec solus corpore es, solus es. Videsne posse esse & te & solum cùm inter multos, & inter multos, cùm solus es? solus es, in quantacunq; hominum verseris frequentia; tantum cave alienæ conversationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius judex. Præterea

*In Cantic.
serm. 40.*

terea, moneo te, ne illa vel sumas avidè, vel optes anxie in vita, que vives de occupatione ac curâ sui abducere à cultu pietatis solent ut varia, & gravia preparat. negotia, procurationes rerum asperarum, difficultum, intricatarum. animi §. 77.

Cogita, quæso, *Vir Politice*, quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Quid tam avidè aucuparis magnam rerum gestatum gloriam ac famam? rem prorsus vanam, & inanem? mortuus quid plus referes de fama, quam pictura Apellis laudata? aut equus in Olympia victor? nec vivo quidem prodest, si eam ignorat: si novit, nihil affert aliud, nisi ut sapiens contemnat, insipiens sibi magis placeat. Secede modò in te ipsum, & invenies quam parùm ad te pertingat ex fama, rumoribus, veneratione, honore populi, gratia Aulae.

Quæris, *Vir Politice*, continuis laboribus atque vigiliis occupacionum tuarum opes & divitias? ô te miserum ac stolidum! Nonne natura humani corporis ita constituta est, ut paucissimis egeat? quod si rectè animadvertes, haud dubiè insanæ damnabis eos, qui tam multa tam anxie congerunt, cum tam paucis opes sit. Dvitiae namque & vives introd. possessiones in usum tuum parantur, quem non adjuvant immensæ ad sap. §. 40. opes, sed opprimunt, ut navem ingentia onera.

Quapropter iterum atque iterum Te, qui sub concatenatis variorum ac gravium negotiorum oneribus sèpius ingemiscis, rogo, horror, obtestor, disrumpe interdum durissimæ hujus servitutis vincula, ac pius animi secessum quare! Cogita, quam breve spatium sit vita nostra, etiamsi totum bonæ menti impenderetur. Quò magis te à corporalibus ad incorporea, à civilibus ad spiritualia, à terrenis ad cœlestia transtuleris, hoc vitam divinorem vives. Ita fit, ut Deus cognatam & similem sibi naturam agnoscat, eaque delectetur ac velut in vero ac germano templo habitet, multò sibi acceptiore, quam ista sunt lapidum & metallorum.

Parum est in hoc mundo magno vivere, discurrere, solicitum esse; nisi intra temet ipsum vivas, ambules, discas, & de te sis sollicitus.

Perpensis studium & cura vigilantior nostris cogitationibus adhibenda, quibus tam sanctorum meditationum materia assidue ministratur.

Divisum prope cum Deo anima habet imperium, non quæ terræ pulvere delectatur, sed quæ ad Deum anhelat. Unde non torpere illam, non suæ dignitatis ignaram esse convenit, sed sceptra minuti Regni

Regni capessere & prae illo omnia, quae foris sunt, (sunt autem mun-
dana omnia) contemnere; uno verbo, intra semet ipsum illius, quod ex-
trà bonis, laboris studii, atque appetitus compendium facere, & medi-
tationis oculum in sublimitatem spiritualium, cœlestium & æterna-
lium honorum infigere. Dominus ihesu Christus.

EPIGRAMMA ad parodiam Epigrammati Sannazariani Venetiis inscripti.

VIderat imminens FRITSCHI bona Fama labores

Et libros, publicum quæis beat ipse bonum.

Admirans † mihi nunc quantumvis Zoile Baldum *

Objicias, alia & lumina Juris ait.

Aspice civiles FRITSCHI SANCTOSQ; labores:

FRITSCHI ADI nullum dixeris esse parem.

Adspiciasq; pia modo mente Parane sin istam:

Dixeris effatum non fatuum esse meum.

† Illustris Conringius inter alios discursus honorificam Magni Fritschii me-
tionem, injiciens olim ad me dicebat: Ego miror admirandum Dn. Frit-
schii studium, quod præter ordinarias occupationes scribendis libris impen-
dit. Est certè singulare Dei donum &c.

* Quantus vir Baldus fuerit, indicat Epitaphium à Jovio ipsi erectum:

Qui Baldum juris negat accendisse lacernam,

Hic solem medio pernegat esse die.

De Baldi morte à catulo ipsi illata vide Försterum in Historia Juris;
Hic Baldus in cucullo Franciscano sepultus dicitur. At quantus
honor hic in Papatu!

Patrono suo dudum probatissimo honorem & observan-
tiam declaraturus auctoris dicitur

M. Joh. Hoffmann / P.L.C.

Lycei Rudolphstad. SubconRect.

F. I. N. I. S.



AD VIROS POLITICOS.

UT potè quibus (*Laicorum scilicet, mundanorum seu seculariorum nomine & numero efferri ac censeri vulgo solitis*) non minus quam *Clericis*, imo quam *ipsis Monachis & Religiosis*, *Salvator noster documenta perfectionis Christiana tradidit & præscripsit*, adeoque *verbi divini lectionem saltem ac meditacionem sanxit necessariam*.

Optimè Dn. Cardinalis Johannes Bona in *tr. de Princip. vita Christiana &c. VI.* verissimum quidem est, inquit, *duplici statu Christianorum* vitam distinguere, *mundano & religioso*, uterque tamen, diversò licet tramite, ad eundem terminum tendit, & quod attinet ad *praxin virtutum ac mundi contemtum, ad paupertatem spiritus, ad amorem crucis, par utrinque conditio est*. *Hoc solo intercedente discrimine, quod religiosi, solennium votorum ac regularum vinculis devincti strictiori fure,*

[*Unde DOMINUS, si minus bonos in secularibus invenerit, maiorem tamen in eis habiturus est patientiam, quam in religiosis quibus cœlestium consolationum pluviam voluntariam segregavit, quibus non sarculus disciplinae, non paupertatis & vilitatis stercore defuerunt.* B. Bernard. in *serm. Apost. Petri & Pauli Tom. II. p. 106.* Add. Felix Malleol. de *Nobil. c. 20.* ibi: *ut Clerici respectu Laicorum sint meliores & castiores; Prælati respectu Clericorum aut Monachorum suorum, magister respectu discipulorum, pater respectu filii, maritus respectu uxoris, proportionabiliter virtutibus sint fœcundiores.*]

Quamvis de cætero ipse Monachorum Pater Antonius, referente S. Athanasio judicaverit, ad omnem mandatorum seu regularum religiosarum disciplinam *Divinas Scripturas posse sufficere.* Id quod probat quoque Joh. Frid. Picus Princeps Mirandula & Concordia Comes, lib. 2. de studio Philos. c. 1.]

quam mundani, (hi ergo bona tantum fide) ad perfectionem teneantur; in reliquis una & eadem vita ratio abutrisque requiritur, unum & idem *Evangelium omnibus predicatum est.* Cumque DE US nihil præcipiat praeter charitatem, nihil prohibeat, nisi cupiditatem; nulla in his differentia, nulla exceptio personarum reperitur. Præcepit

B

Sal-

Salvator noster, ne quis verbum otiosum loquatur, rationem de illo redditurus in die judicii; ne quis irascatur, ne quis concupiscat; nec ullam videmus positam distinctionem inter Monachos & Conjugatos. Simili modò, cum dixit: Beatos esse, qui lugent; infelices, qui rident; cum docuit, nos oportere semper orare, omnibus renunciare, vitam odise, nos ipsos abnegare, injurias patienter ferre, intrare per angustam portam; nullum certè hominum genus exclusit. Paulus item Apostolus cum omnibus Christianis, etiam conjugatis filiosq; nutrientibus scribebat, nonne ab illis omnem exegit vita Monastica disciplinam? Habentes, inquit, alimenta & quibus tegamur, his contentissimus. (1. Tim. 6.8.) quid amplius ab Anachoretae requireret? Petrus quoque & Jacobus Apostoli, nonne ad omnes Christi fideles scribebant, cum eos adhortabātur, ut essent Sancti, integri, perfecti, in nullo deficientes (1. Petr. 1. v. 5. seq. Jacobi 1. 4.)

(Nec minus D. Paulus, quod voluntas DEI sit sanctificatio nostra, (1. Thess. 4. 3.) & DEUS vocayerit nos ad sanctificationem, (ibid. v. 7.) proindeque debeamus membra nostra sistere serva justitia ad sanctimoniam; (Rom. 6. v. 9.) imò nos purgare ab omni inquinamento carnis & Spiritus, perficientes sanctimoniam in timore Dei; (2. Cor. 7. v. 1.) Ipsumque Dominum nostrum Christum sanctificare in cordibus nostris. (1. Petr. 3. v. 15.) quæ bona Domini Bona cum pace, inferere voluiimus.)

Christus denique cum dixit. Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. (Matth. 5. 48.) Set monem habuit ad omnes in se credentes, quibus altissimum sanctitatis scopum præfixit, ut omnes, qui per adoptionem Filii DEI nominamur & sumus, PATRIS perfectionem amulemur. Magna itaque cunctis Christianis Sanctitatis necessitas indicta est, ne à paterna hereditate, tanquam degeneres excludantur!

(Præsertim cum nemo, quod ex Hebr. 12. v. 14. addimus, & etiam atque etiam omnibus inculcamus, sine sanctimonia DOMINUM visurus sit!)

Hactenus Dominus Bona; cuius verba superius adducta, ibi: parvusque conditio est, &c. quasi præivit Erasmus Roterod. in Epist. ad Abbat-

Abbat. Volsium ante tr. de milit. Christ. pag. 25. ita differens : Non est, quod ullum vita genus ab hoc scopo scil. Christo ejusque purissima doctrina, submoveamus. In affectibus est Christi perfectio, non in vita genere : in animis est, non in palliis & cibis. Sunt inter Monachos, quos vix recipit extremus circulus ; (& tamen de bonis loquor, sed infirmis) sunt iter digamos, quos Christus primò dignatur circulò. Neque vero fit interim ulli vitæ professioni injurya, si, quod est optimum & perfectissimum, omnibus præponitur. Et ante Erasnum supra jam laudatus Picus, Mirandulæ Princeps in lib. 2. de stud. div. § hum. Phil. c. 1. ibi : ad frequentem lectionem divinorum eloquiorum & inde capessendam notitiam veteres Theologi exhortantur omnes ; huic Juniores Innocentius, Gerson aliique nonnulli assidue monent incumbendum esse, & non modò his, qui ex officio ad id negotii sunt obnoxii, ut Sacerdotes & Clerici, sed omnibus, cujuscunque gradus & ordinis extirrint, & jure quidem &c. nec abludunt illa D. Speneri in 13. homilia pœnitent. Ubi multos putare conqueritur, es seyn nicht vonnöthen / daß ein gemeiner Christ auch sich selbst verlaugne und also ein solches Leben ansahe / darinnen es vornehm- und hauptsächlich nicht mehr um sich selbsten / sondern um Gott und seinen Nächsten zu thun seyez. Dergleichen Leben möchte wol denjenigen anständig seyn/ welche ein Closter- Leben anfangen wolten ; aber von andern würde es nit erforderet/ sondern die möchten leben/wie es in der Welt Brauch und Ordnung ic. Aber diß ist eine gottlose Meinung/ und welche viele Seelen versüßret/ so viel gefährlicher / weiles noch einen feinen Schein hat und wil die Kraft der Erlösung darein setzen / daß wir nicht eben so fleißig im Guten seyn müsten/wie das Geseze erforderet. &c. que repetit & laudat D. Nilan. im frommer Christen Wandel c. 4. §. 3. p. 497. seq.

Sed audiamus ex ipsis veteribus quoque nonnullos, quos inter Vulnerabilis Beda in lib. 4. Cantic. Cantic. sub fin. Predicatores quidem verbi divini scripturis sanctis, quibus edocti facilius insidias Diaboli dignoscere & declinare valeant, cù primis vigilanter intendere debere monet : interim & reliquos homines iugi divinorum eloquiorum meditacione opus habere, non dissimulat. De ipsis Fæminis B. Fulgent. Episc. Rusp. ad Gallam laicam Fæminam eamque Illustram, Consulum filiam, neptem, nurum & uxorem, regalibus deliciis enutritam, &c. ita ta-

men, secunda m^e epistolam conclusurus, scribit: *nunquam cesses à Divinis eloquiis & totam delectationem cordis sui Scripturis Sanctis indulge, & ut S. Scriptura testimonio atque admonitione præsens tibi terminetur epistola, cunctis, quæ superius dicta sunt, hoc quoq; subne^ctam &c.* Et B. Hieron. non tantum Marcellam in ejus epitaphio laudat, quod *Divinarum Scripturarum ardor in ea esset incredibilis*; sed quoq; in epistola ad Gaudentium exigit, ut puella sciat memoriter *Psalmos, libros Salomonis, Evangelia, Apostolorum & Prophetas, Demetriadem* vero, ad ipsam scribingens, hortatur, *ut statuat, quot horis sanctam Scripturam ediscere debeat, quanto tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem & instructionem animæ.*

Ita Victor Utic. lib. 5. de persecut. Vandal. Dionysiam quandam laudat Scripturarum Divinarum Scientiā plenam: Leodegarius Augustod. Epist. matrem Sigradam inter alia hōc argumento solatur, quod pro ammissione rerum haberet Scripturam Sanctam divinam. vid. Baluz. ad Salvian. p. 396. seq.

Gregorius M. P. P. in Homil. Dominic. Sexagesim. servulum eumque paralyticum summopere laudat, quod, licet ipse literarum rudis, Scriptura tamen S. Codices sibi coemerit & per religiosos quosque hospites, coram se absque intermissione legi fecerit, ita ut illam ad suam mensuram planè dīdicēt, indeque DEO semper in dolore suo gratias agere hymnisque ac laudibus, diebus ac noctibus, vacare studuerit.

Rupertus Abbas Tuit lib. 12. de victor. verbi Dei, c. 19, in expositione dicti: *reconde gladium tuum &c.* Jam ait, *Civibus & Militibus (Laicis & Clericis) regni DEI gladius sit verbum DEI*, quia de hujusmodi gladio dicebam vobis nunc: qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium, i.e. exuat se impedimentis & facultatibus s. culi, ut vacare possit ad verbum DEI sive discendum sive docendum.

Add. Coriol. Agrrippa à Nettersheim, Carol. V. Consil. Prof. Theol. in Academiis Dolona & Ticinensi &c. de vanitate scient. c. 100. ubi ad scriptura lectionem, inquit, *non solum Theologi, sed omnes homines*, pro data sibi capacitatem obligantur: &c. Imò hanc fuisse priscorum temporum simplicitatem & confidentiam notat Steph. Baluzius, ad Salvianum lib. 5. de gubern. Dei pag. 100. verb. qui nihil omnino sciunt, nisi quod à Doctoribus suis audiunt &c. huncque ipsum existimasse, quòd unusquisque Christianus arcanis fidei sua apprimè imbutus esse, nec in Sacerdotiis sui fidei conquiescere debeat. Clau-

Claudius tandem hos rivulos verbis S. Burchardi, Episcopi Wormatiensis, quibus apud Autorem prologi in vitam ipsius, Monachos suos allocutus, Nolo, dixit, vos ignorare, fratres, quod omnis, qui timet Deum & operatur justitiam, acceptus est illi, non solum Monachus, sed & Canonicus, immo etiam Laicus. Aut. verò libri Von Mitteln zu Bekehrung der Kerzer ic. ulterius procedit, part. i. c. 3. p. 271. scribens: Ich achte es vor viel schwerer in denen Klöstern selig zu werden/als außer denenselben; &c. Die Nedlichste unter denen Mönchen bekennen es selbsten / wiewol sie ins gemein Heuchler (und rechte Pharisäer / inquit Joh. Tauler in Homil. Domin. Lætare , addens : Dann sie stecken voll eigener Liebe / leben nur nach ihrem Willen/ und in allen ihren Sachen sehn sie nur auf ihren Lust / Gewienst und Vortheil. ic.) sind / &c. rationem reddit p. 269. his verbis: Weil unvergleichlich mehr Ewigkeit und wahre Gottseeligkeit unter weltlichen erbaren Leuten / als unter den Mönchen zu finden ist &c. p. 270. seqq. ubi laudat Monachos de la Trape , weil sie Gottes Wort fleissig lesen &c.

Ad §. I.

Ut vix necessitati naturae relinquatur, quod corpusculi paucationi sufficiat.

Non dicitur, viciū vel refectio per cibum & potum: huic enim rei non modò quantum necesse est temporis, sed sàpè plus quam nimium insumitur. Et tamen non major deberet esse corporis famis & cura, quam anima. Nam quanto animam digniorē esse novimus, tanto de ejus viciū majorem sollicitudinem habere debemus. Quomodo enim caro reficitur cibo istō terreno, ita & anima pascitur Dei verbo; (Cæsar Arelat. homil. 26.) utpote quod illius est cibus, de quo Christus ap. S. Johannem: Ego sum panis vivus &c. (Polyd. Virgilius in Orat. Domin. prec. 4.) & apud S. Matthæum c. 4. v. 4. Homo, h. e. Creatura non corpore solum, sed et anima constans, non vivit in solo pane, sed in omni verbo, quod pro-

procedit de ore DEI. Item Sapient. 16. v. 26. ibi: Quoniam -- Sermo tunc
bos, qui in te crediderint, conservat.

Hinc Chrysostomus homil. 3. de Lazaro, semper hortor & hortari non desinam, ut non hic tantum attendatis iis, quae dicuntur, verum etiam, cum domi fueritis, assidue scripturarum lectioni vacetis, quod quidem & iis, qui privatim mecum congressi sunt non destituti inculcare. Et homil. 10. in Genes. Sicut corpus indiget sensibili cibô ita & anima quotidiana spiritualium ciborum refocillatione; ut roborata adversus carnis insultus & continuum bellum, quô urgemur, resistere possit. Eò quod periculum sit, ne in servitutem redigatur anima, si vel parum desides esse voluerimus; vel si vitam spiritualem planè amittamus, si, (quod ex Gregor. M. loco supra cit. addimus;) verbum Dei auditum vel lectum, tanquam mentis nostra cibum, in yentre memoria non retinemus. Quisquis enim alimenta corporis non retinet, scilicet à stomacho languente reiecta, hujus profecto vita desperatur: ita æternæ mortis pericula formidate, inquit idem D. Gregorius, si cibum quidem sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vita, i. e. alimenta justitiae, in memoria non tenetis.

Quamobrem piè statuit Concilium Toletanum III. c. 7. & ex eo repetitur in cap. II. dist. 44. lectionem divinarum scripturarum miseri debere in omni sacerdotali convivio &c. imò dixerim in cuiuslibet Christiani.

[Sic S. Ludger in vita S. Gregorii apud Serrar. III. rer. Mogunt. p. 458. & seq. ibi: cœperunt autem (S. Bonifacius, Addala, Gregorii avia paterna, eum ipso & reliqua familia sua) ad ipsum convivium, plus, quam epulas solatium. Scriptura expetere, &c tunc quæsusit est lector, &-- inventus est elect⁹ puer Gregorius, qui nuper à Scholis & palatio reversus, sub laico adhuc habitu, quasi 14. aut 15. ætatis agens annum.

¶. Pasc Radbertus de Corp. & Sang. Domini c. 20. Excelsior & præminentior vita nostra, ad quam ex Deo nati ejusq; filii facti sumus illò saginatur cibo & potu, quem de scripturis & altari accipimus & transvehit nos ad spiritualia, ut ibi exinde vivamus, ubi vita nostra servatur æterna. Add. c. 3. ubi præclarè dicitur, quod scripturis divinitus pascamur introrsus & pascendo ad operationem & disciplinam Christi erudiamur & c. 1. Ubi quod in S. etiam

iam Scripturis mystica salutis nostræ ad immortalitatem Spiritus S. operetur interius.]

Sic quoque Bernhardus in *Tr. de vita solitar.* c. 11. Sive ergò manducetis, sive bibatis, sive aliud quid faciatis: Omnia in Domino agite pie, sanctè & religiosè; si manducas, mensam tuam, per se satis sobriam, sobrietas tua perornet. Et cum manducas, nequaquam totus manduces, sed corpore tuo suam refectionem procurante, mens tuam non negligat; sed de memoria suavitatis Domini vel scripturarum aliquid, quod eam pascat, meditando, vel saltem memorando secum ruminet & digerat &c.

Edamus ergo panem sapientie & saturemur verbo Dei, quia non in solo pane, sed in omni verbo Dei vita est hominis, facti ad imaginem Dei.

De poculo vero satis expressè dicit S. Job. sicut terra expectans pluviam, ita & isti sermones meos. Verba sunt (quibuscum conf. Irenæ. lib. 3. c. 4. ibi: non oportet apud alios querere veritatem, cum Apostoli in Ecclesiam contulerint omnia, quæ sunt veritatis, ut omnis qui cunque velit, sumat ex ea potum vite) S. Ambrosii lib. 1. de offic. c. 31. qui cap. seq. 32. porrò subjicit: Pulchrum est ergò, ut *Divinorum* scripturarum humescamus alloquio, &, quasi ros, sic in nos DEI verba descendant. Cum ergò federis ad illam mensam Potentis, intellige, quis sit ille Potens; & in *Paradiso delectationis* positus atque in *convivio Sapientia* collocatus, considera, quæ apponuntur tibi. *Scriptura Divina Convivium Sapientiae* est: Singuli libri singula sunt fercula. Intellige prius, quæ habeantur in ferculis dapes; & tunc mitte manum, ut ea, quæ legis & quæ accipis à Dominō *DEO* Tuo, operibus exequaris, & collocatam in te gratiam officiis repræsentes.

De Carolo M. Poëta vet. Saxon. lib. 5. Annal. ita canit:

Legerat assiduò Scripturæ dicta Sacratæ,

Quosque libros SS. composuère Patres:

Quos Augustinus cœli de cibis almis

Scripsit, amanter eos crebrius audierat.

Nec minus insignes hanc in rem versus sunt Theodulphi, Episcopi Aurelian, de Ludovico Pio sibi coetaneo Imp. sic canentis:

Et

Est & Scripturis patulus Tibi sensus in almis

Lebio Te quarum pascit alitque frequens !

Corpores epulis satiaris corpore parce

Sed Tua divina mens alimenta sicut.

Nam cibus illatus satiat Tua viscera parcus

*Sed cibus **eternus** mentem animumq; cibat*

Plus epulas animæ, quam carnis, diligis ipse :

Has capis ad tempus, has sine fine sitis.

Ex aße convenit precatio Germanica, sumtō cibō post mensam inter alia laudum sacrificia DEO offeriti solita :

*Wie du nun **ZERB** gespeiset hast!*

Den Leichnam der verdirbet;

So lasz die Seel auch seyn dein Gast!

Die vor dir nimmer stirbet;

Dein Göttlichs Wort sie speisen thue!

Wisz dass sie mög die ewig Ruhe /

Im Himmelreich erlangen. &c.

*Et in Cantione Eccles. incip. Ich ruff zu dir **H E N R I C U S I E S U**
Christ. &c. ibi :*

Dein Wort mein Speiß lasz allweg seyn!

Damit mein Seel zu nähren /

Mich zu wahren

Wann Unglück geht daher. &c.

Imo vite ac salutis nostræ fons perennis ac inexhaustus est. S. Scriptura: quate Canonicos ejus libros postquam recensuisset B.

*Athanasius, his sunt, subjicit, fons salutis, ut qui sitit, impleatur eloquiis quæ sunt in eis. In his **solis** pietatis doctrina annuntiatur. Nemo his addat nec ab his aliquid detrahatur. De his autem*

***Dominus** Saducæos quidem reprehendebat, dicens: Erratis non legentes scripturas; Judæos autem hortatur: Scrutamini Scripturas, &c. in epist. festiv. Unde ut excerpteret & suæ jur. vet. Pontif. epitoma lib. 19. tit. XXIII. c. 15. insereret, digna habuit hæc verba Anton. Augustinus, Archi-Episcopus Tarragonensis.*

*Ista autem omnia èo fortius ac vehementius stringere & movere nos debent, ex quo verbum **DEI** non modo cibus est noster, sed*

lumen

*lumen quoque & lucerna pedibus nostris, quam si, proficentes per hujus tenebras seculi & umbras mortis, gressibus nostris adhibuerimus & supremam patriam, quanquam de longinquo, per speculum videlicet & in enigmate videbimus, & offendicula, quae in via partim patent partim latent, devitabimus: Sic imò rectum per iter, utpote *sacris eloquias*, quasi viuis *lapidibus*, stratum, sive Christi Duce, DEUM versus peregrinabimus ad ipsam petram; Petra autem est *Christus*; J. Fr. Picus, d. lib. 2. c. 7. & 8. sub. fin. Imò & speculum ipsa dicitur S. Scriptura, nec una ratione & optimâ quidem *Evangelium*; 1. Corinth. 3. v. 5. 18. ibique Pol. & Dionys. Carthus. add. Gregorius M. 2. Moral. cap. 1. ubi *sacra scriptura*, inquit, oculis mentis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim fœda, ibi pulchra nostra cognovimus: Ibi sentimus, quantum proficimus: Ibi, à profectu quam longe distamus. &c.*

Denique & anima nostræ est *Medicina ac omnis vita feliciter agendæ tale instrumentum*, ut eō nunquam & nusquam, ne minimò quidem momentō, carere possimus. Quam in rem S. Chrysostomus in 1. Corinto. 1. Si enim nos, ait, qui *quotidie lectione Prophetarum & Apostolorum fruimur*, vix impetum animæ cohibemus, vix iram fixnamus, vix cupiditatem reprimimus, vix invidiæ tabem repellimus; licet assida carmina, ex *Scripturis Sacris* deponita, nostris perturbationibus occinamus, vix impudentes illas bellugas cohibemus. Illis, quibus nunquam ejusmodi addita est medicina, neque *Divinam Philosophiam* audierunt, qua salutis spes, quaeso, est reliqua?

Et in concione 3. de Lazaro: fieri non potest, non potest inquam, fieri, ut quisquam salutem assequatur, nisi perpetuò versetur in lectione spirituall. Annon vides fabros ferrarios, aurifices, fabros argentarios, deniq; eos, qui quamcunque exercent attem, omnia artis instrumenta habere parata. Hoc sanè animo nos quoque præditos esse oportet: Quemadmodum enim illis artis instrumenta sunt malleus, incus, forceps: Sic & nobis instrumenta sunt *Apostolorum ac Prophetarum libri omnis Scriptura divinitus inspirata*. Quem locum adduxit quoq; Sextus Senens. lib. 6. Bibliothec. annot. 152. p. 489. Cuncta quasi conjungunt S. Chrysostomus in Sermon. de util. lection S. Scriptur. ibi: Sic anima, quæ juxta S. rivos scripturarum sedet ac perpetuò rigatur, dum latices illos toremque Spiritus in anima sua colligit, omnibus rerum humanarum incommodis resistet invicta; sive morbus, si-

ve contumelia, sive calumnia, sive vituperium, sive scurrilitas, sive pigritia quævis, sive cuncta mundi mala in ejusmodi animam impetum faciant, facile perturbationū incendiū propulsabit, cum sufficienti lectionis *Scriptura* solatiō roboretur. Nam neq; magnitudo, neq; potentiae maiestas, neq; amicorum præsentia, neq; aliud quidquam ex rebus humanis animam a deo tristitia confectam solari poterit ac *Sacrarum lectio Scripturarum*. Quid ita? quod illa quidem caduca sint & interitui obnoxia; quam ob causam & obnoxium interitui est ipsorum solatium: at *lectio Scriptura* colloquium est cum DEO. Quando igitur eum, qui tristitia sit affectus, consolatur *DEUS*, quid ex rebus creatis ipsum in mœorem potest conjicere? Raban. Maur. lib. 3. de agoni Christian. p. 74. ibi: *Sanctorum lectio scripturarum* Divina est præcongnitio non parva beatitudinis. In his enim, quasi in speculo, homo seipsum considerare potest, qualis sit vel quo tendat. *Lectio assidua purificat animam*, timorem incutit gehenna, ad *suprema gaudia* cor instigat legentis. Qui vult cum *DEO* semper esse, frequenter debet orare & legere, nam, cum oramus, ipsi cum *DEO* loquimur; cum vero legimus, *DEUS* nobiscum loquitur. *Geminum* confert donum *lectio S. Scripturarum*, sive quia *intellectum mentis* erudit, sive quod à mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem *DEI* perducit. Labor honestus est *lectionis*, & multum ad emendationem animi perficit. Sicut ex carnalibus *escis* alitur caro, ita ex *DIVINIS eloquiis* interior homo nutritur & pascitur. Sicut Psalmista ait: quād dulcia fauibus meis eloquia tua *DOMINE*; super mel & favum ori meo. Sed ille beatissimus est, qui *DIVINAS Scripturas* legens, verba vertit in opera, omnes planè *Scriptura Sancte* ad animarum salutem scriptæ sunt, - - - - & ideo necesse est, ut quicunque *lectiones sacras* legere possunt, in his studium impendant, ut earum frequenter meditatione utantur. &c. Lükeman in *Apostolischer Auffmunterung*. XII. Domin. post Trinit. p. 756. & seq. ibi: Zum andern schauen wir die Herrlichkeit Gottes in dem *Spiegel des Evangelii*/ also/ daß wir in dasselbe Bild erklärēt werden. Dann es ist ein kräftiges Bild/ und verwandelt unsere Seele und Gemüth daß wir seiner Schönheit ähnlich werden: Wie mehr wir in den geistlichen Spiegel schauen/ und die Herrlichkeit Gottes in Christo betrachten/das ist/wie mehr wir mit dem Wort des Evangelii umgehen/wie mehr der innersche Mensch an demilde Gottes wächst

set

set und zunünt. pag. 760. Wann du in einem Spiegel siehest / und
wirſt gewahr deiner schönen Gestalt / so sprich : Ach daß mich auch
Gott möchte schön machen an der Seelen ; Wirſt du aber gewahr
einer jämmerlichen Gestalt / so sprich : ach / eine jämmerliche Gestalt !
ich armer Wurm / wer bin ich / daß die Herrlichkeit Gottes in meiner
Seelen leuchten soll ? - - Bedenke hier / wie manche Predigt du ha-
best angehöret / wie manigmal du dich gefezet geifl. Sachen zu leſen
und haſt doch nicht diß Furchtmen gehabt / daß dadurch deine Seele
folte verkläret werden.

Add. D. Müller in Apostolischer Schluß - Kette XII. Domin-
post Trinit. p. 910. ibi: Wilt du theilhaftig werden der göttl.
Natur / so steige oft zu GOTT auf den Berg / erhebe dein Ge-
muth zu GOTT / betrachte was göttlich ist / rede mit Gott durchs
Gebäthe und laß GOTT mit dir in dem innersten Grund der
Seelen reden durch Sein Wort / so wirſt du endlich / wie Moses /
voll göttliches Lichtes werden. Dann wer lange in der Son-
nen gehet / wird endlich gelbe / und wer lang mit Balsam handelt /
wird endlich wolriehend. Empfindest du aber GOTTES Licht
und Gaben in dir / so laß es dein eigen Herz nicht wissen / damit sichs
nicht überhebe. Für Menschen kanſt du es zwar / wäns Noth thut /
leuchten lassen / damit sie deine gute Werke ſehen / und deinen Va-
ter im Himmel preisen ; doch ſolt du lieber / wann du kanſt / im Ver-
borgenen bleiben / keinen Ruhm von Menschen annehmen / sondern
die Decke der ſelbst Verleugnung darüber breiten / und mit Paulo
ſagen : Nicht ich / ſondern Gottes Gnade die in mir iſt.

Prioribus genuina germana habet , quæ aliquot abhinc ſeculis
ſcripsit Dionyſius Carthul. in 2. Corinth. 3. ſub fin. ibi: Contempla-
tor Divinorum Divinus ſeu Deiformis (Gott-förmig / adſcriptum
eſt in meo exemplari manu vetuſtiori) efficitur. Et H. Savanarola
Dialog. lib. 2. fin. ubi, quod qui legunt & diligunt S. Scripturam , per
eam efficiuntur Dii ; prout etiam D. Müllerus d. l. p. 913. ibi: Durch
glaubiges Anſchauen Christi / wie nemlich ſelbiges im Spiegel des
Evangelij oder göttlichen Wortes helle hervorleuchtet / werden
wir nach dem Ebenbild Gottes erneuert ic. Sed Ambroſ. & Rabanus
ad d. c. 13. assimilationem illam accipiunt demum poſt transactam
hanc vitam ; & Bernhardus ferm. 24. de divers. p. 214. Tom. II. Verbū
Dei, inquiens, & cibis noster eſt & gladiſ (ad nodos ſcil. plus quam

Gordios ipsius puta Satanae ceu Tartarei restionis refibus lethi feris
funibusque funestissimis connexos ac perplexos nodos, Alexandrinô
gladiò longè felicius vel incidere vel alias solvere aptissimus natus) &
medicina & confirmatio & requies ; resurrectio quoque & consummatio
nostra. Nec mireris, quod verbum Dei jam nunc inveniatur *omnia in*
omnibus esse, quantum ad justificationem spectat : siquidem & futurum
est omnia in omnibus ad glorificationem. Unde & ipsa cœli porta dici-
tur ab alio quodam ex SS. Patribus. Id quod D. Jacobi effato in c. i.
epist. v. 21. ibi : in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod po-
test salvare animas vestras ; omnino est consentaneum.

Anastasius Sinaita de S. Synax. &c. apud Canis. Tom. 3. antiquar-
lection. Affiduitas orationis, ait, & divinarum literarum lectio ma-
ter est *omnium virtutum* . . . Fieri non potest, nisi quis sedulam
multamq; operam orationi sacreque Scripturae lectioni impendat, ut aut
postulata à DEO impetrat aut DEUM verè recognoscat. Imò non
mater tantum virtutum, sed & ipsa suprema virtus, nimurum fides est
verbum DEI; docente Ambrosio, in Lucam cap. 51. ibi : *Lucerna enim*
fides est, juxta quod scriptum est; *Lucerna pedibus meis verbum*
tuum Domine, Verbum enim Dei fides nostra.

Postremò *Sacramentum quoq; est S. Scriptura, & quidem ex tribus*
illis unum, quib; nihil majus in mysterio Ecclesie sua Christus reliqua, qua-
lia sc. cum S. Scripturis Baptismum & Eucharistiam
laudat asseritque S. Paschas. Radbeit, de corp. & Sang. Dominic. I. p.
1557. edit. Paris. de A. 1623. ubi addit, in tribus his Sacramentis
Spiritum S. qui pignus totius Ecclesie est, interius mystica sa-
lutis nostræ ad immortalitatem operari. Sed in
his, pergit, nihil incredulis mirabile : creditibus vero nihil melius,
nihil mirabilius, nihilque locupletius in hoc seculo præbetur &c.
add. c. 3. Est autem & *Sacramentum in Scripturis divinis*, ubicunque
facer Spiritus in eisdem interius aliiquid efficaciter loquendō opera-
tur. Item: Operatur autem nobis in his *omnibus sacramentis* Spiritus
divinus. Siquidem in *Scripturis sanctis* corda nostra illustrat; quia neq;
qui plantat, neq; qui rigat est aliiquid, sed, qui incrementū dat, Deus.

Merentur & legi, quæ de operatione S. Spiritus in reliquis duobus
Sacramentis, Baptismo & Eucharistia piè dissertat laudat⁹ Paschasi⁹ d.l.

Omnia quasi complecti voluisse videtur Hector Pintus,

Mo-

Monachus Dominicanus, *Commentar. in Esai. 8. v. 20.* ibi: (ex interpretatione D. Joh. Georg. Dorschei in prefat. ad Murschel. auro-ram vita eterna &c.) Du siehest allhier / daß man in Trübsal und Nöchten zur H. Schrift Zuflucht nehmen müsse / und daß man in viel und grausames Elend gerahte / wann man solche verachtet ; so lasset uns nun zur heiligen Schrift fliehen / da finden wir die heilige Lehr / die die Tugenden erwecket / die Laster vertrebet / die Seelen heilet und zu ihren vorigen Würden wieder bringet / dieselbe ist der volle überflüssige Brunnen / trincken wir darauf / so werden wir den inniglichen Seelen-Durst leschen / und die Angst-Hize derselben vertreiben ; die H. Schrift ist die Flamme / welche Moses gesehen / über sich steigen / und der feurige Busch / der nicht verbrennet / da Gott unsere Seelen entzündet und mit dem Verlangen der ewigen Seeligkeit brünstig macht : Sie ist die Leiter die Jacob gesehen : Sie ist das Bornhaus Josephs / welches er in dieser Welt Aegypten aufgerichtet / dahin wir von allen Orten lauffen sollen / da mit wir den Hunger vertreiben : Sie ist das Himmel-Brod / klein / aber weiss und süß / erquicket alle die / so zu dem rechten gelobten Vaterland reisen : Sie ist der feste und wohlgebaute Thurm Davids / davon im Hohenlied Cap. 14. v. 4. der mit Brust-Wehr gebauet / daran tausend Schilde hangen / und allerley Waffen der Stareken : Sie ist ein Spiegel der Seelen : Sie ist ein Schatz der Weisheit : Sie ist / welche des Lebens Ruhe giebet / welche ist eine Leuchte auff unsern Füssen / Sie ist / Kraft welcher wir wider den Teuffel / Welt und unser Gleich streiten sollen.

Ejusdem saporis , nec alias vulgata , reperties , apud Joh. Dionys. Jersin , Episcopum Ripens . c. 6. Des Wegweisers zum Himmel / p. 235. & seqq. ubi præterea omnes & singulas hactenus allatas verbi divini mirificas & incomparabiles virtutes pluribus edisserit , sed quoque accurate pleneque interpretatur & salutaribus monitis subinde illustrat. Nec non ap. D. Dorscheum in Relig. Scrupel ibi : Und wie der / so in einem schönen Garten zwischen grünenden und blühenden Bäumen und andern schönen Baumfrüchten spazieret / nothwendig von Farb und Geruch eine Ergezzlichkeit empfindet ; und gleich wie der / so in der Sonnen gehet / nothwendig auch warm und roht wird / also geschicket es unvermeidlich / daß der / so fleißig und andächtig die heilige Schrift liest / höret / her-

herziget und betrachtet / an seinem Gemüht / Sinnen/Rahtschlägen/Wünschen und Sitten / eine Göttliche Aender- und gleichsam Färbung empfinde/und mit herzlichen Bewegungen entzündet werde ; Quæ verba nuper quoq; adduxit Dn. Faust in program. funebri b, defunct. D. Rebhani.

Concludimus & nos tandem,cuncta complexi versibus memoriam dignissimis in fronte N. T. codicis vetustiss. & quidem ad Carolum M. ni fallor , aut Calvum potius, scriptis & relatis à Baluz. part. tom. 2. Capitular, Fr p. 157.

Exulta, lætare satis, Rex inclite David;

Egregii voti compos ubique Tui.

Carle decus regni,fax Cosmi,gloria Cleri,

Ecclesiæ fautor militiæque decor

Hoc Evangelium sanat,blanditur,honorat.

Castigat,reficit,munit,honestat,alit

Hic modus effandi, h̄c virtus,h̄c actio munda

H̄c cibus,h̄c potus,h̄c benedicta salus.

H̄c vita caritas, via, spes, verumque fidesque

Seu bona cuncta simul consociata videntur.

His assuefce diu, h̄c meditare,h̄c dilige,sive

In sermone opere h̄c habitare (h. e. crebro seu frequenter
haberi) stude !

Ex adverso autem eadem S. Scriptura ejusque lectio vitiosis, malis, impiis, pseudo Christianis & filiis tenebrarum molesta est & exosa, imò odor mortis ad mortem. Hinc autor d. tr. Von Mitzeln zu Bekehrung der Ketzer ic. Im Anhang p. 542. & seqq. man urtheilet so gar unterschiedlich von der h. Schrifft / daß der gleichen sonst in keiner Sache geschiehet. Die Böse und Weltgesinnete hassen sie und fürchten sich sie zu lesen / und können doch keine Ursach geben / warum sie ihnen so zu wider ist : Die rechte Christen verehren sie / lesen sie mit Verwunderung / und je mehr sie lesen / je mehr Liecht gibt sie ihnen / und finden alle Tage mehr Wunder darinnen : die sehen also das Liecht in dem Liecht. Woher mag nun solcher Unterschied kommen ? Unser Heyland saget / die

die einen seyen Kinder der Finsterniß / und weil ihre Wercke böse
sind/so hassen sie das Liecht ; und ich habt die Zeit meines Lebens
wol tausendmal in acht genommen / daß/je lasterhaftester einer ist / je
mehr ist ihm die Schrifft zu wider/und fromme Leute werden mir be-
kennen/daz/so oft sie versucht werden Böses zu thun / sie auch ben-
sich selbst spüren/daz ihnen die Schrifft/ eben wie das Gebet/ an-
fänget zu wieder zu seyn. Und eben das ist / was die heilige
Schrifft von sich selbsten saget : nemlich/daz sie bis in die innerste
Seele und Geist/ bis in Mark und Bein hinein dringe / und der
Sinnen und Gedanken des Herzens Richter seye. Das ist so viel/
daz der/so die Schrifft gemacht hat/eben derjenige seye / der unser
Gewissen gemacht und geschaffen habe : Und wie daz? nemlich/wie
unser Heyland saget : Er wolle nicht/ daz man ihm auff sein eigen
Zeugniß allein glauben solle ; dann die Schrifft weis wol/daz ihr
unser Herz Zeugniß gibet/und/weile es wieder unser Herz selbsten ge-
het/so braucht es weiter nichts; anderswo sagt sie/sie seye ein Geruch
des Lebens zum Leben / und ein Geruch des Todes zum Tode ;
Und das wil ich mit meinem Blut unterzeichnen / daz es
bey mir eintreffe. &c.

So vermeinet auch der hohe Herr Autor Sinceri Discreti Catho-
lici cap. 3. sect. 2. n. 3. daz man / auff Römischer Catholischer Sei-
ten/vielleicht besser gethan hätte/ jedermanniglichen auch eher in der
gemeinen Land-Sprache die Lösung der h. Schrifft zu recom-
menden und familiar zu machen/als nicht per indirectum sie das
von abzuhalten se.

Ad §. I.

Vix tantillum temporis &c.

IMò de seculi sui non Politicus, sed ipsis Theologis & Clericis scri-
bit Erasmus in Encom. Mor. p. 200.

*Esse inter eos, quibus ne tantillum quidem otii superfit, ut Evangelium
aut Paulinas Epistolas vel semel liceat evolvere; &c. Nec mi-
rum, cum de ipsis monachis seu religiosis (quos Salvianus suo tem-
pore solos agnoscebat & prædicabat Sanctos lib. 8. de gubern. Dei
p. 189.add.lib.3.p.62.lib.5.p.114. ibi: titulo sibimet sanctitatis inscripto.*

ad

ad Ann. 1244. & 1245. conqueratur Trithemius, ipse Monachus, imò & Abbas, monasticum ordinem per totum orbem Christianum à primava institutionis fervore nimium (nam ab A. 1100. jam te pescere in Monachis cœpisse studium SS. Literarum) te pescere. Imò quod omnes penè Claustrales ignavia mentis cum luxu voluptatis deturpaverit, moresque eorum deformati & pessimi fuerint; proindeque periculosa, esse Monachum, Abbatem verò, longè periculosisimum. &c.

Item, in vita Hrabani Mauri, Archi-Episcopi Mogunt. lib. 3. ad hanc rem proprius, ibi: Eò tempore (scil. seculi IX. & præcedd. quo fervor incredibilis fuit Monachorum in studium s. Scripturarum; qui per S. Rabanum Fuldae cœpit, & brevi per omnia penè cœnobia Germaniae & Galliae convaluit & ad multos annos in cœnobiosis mirabiliter duravit. d. lib. 1. p. 14.) proverbium illud verum extitit, quò dicebatur: *Scientia scripturarum in cucullis latitat monachorum.* — — Nostris verò monachis voluptates carnis & otia lectioni scripturarum præferentibus, &c. postquam nempe divitiae religionem extinxerunt & luxus cum ambitione pessima, studium eliminavit *scripturarum.* d. lib. 1. ubi vid.

Quid ergò Laicus fiet & maximè aulicis Ministris, Officialibus aliquo secularium sub mole negotiorum propè deficientibus? His eâ re ad saltem sufficere putavit laudatus Rabanus Mog. Lib. 2. de Instit. Cler. c. 56. fin. Si illi (quisc. præ occupatione seculi, *Scripturas* legere non possunt) *Symbolum Apostol. corde retineant*, utpote de totis *Scripturis* breviatim collectis ab Apostolis &c. Post quod & alia ignorantiae privilegia sibi concessa, Laici (ut de Clericis taceamus) tamgnaviter facti sunt ignorantes, ut tandem, & quasi sub ipsam Lutheri fatalem novationem, vix sciverint cruce se signare, & male; pauci, minus orare, modicum confiteri, & tardè & male; pejus Missam audire & communicare; pessimè sermones DEI audire; Pauci sciverunt articulos fidei & male; pejus præcepta legis, & pessimè observare &c. quæ verba sunt Autoris tract. super Method. c. 3. rubr. quomodo sacrificia &c. in fin.

Ad

Ad eundem §. I.

Quod lectioni capituli Biblici inserviat &c.

Cum tamen impium sit, si non legimus nos, quod *scriptum* est propter nos; ait B. Augustinus lib. 6. contra Faustum.

Unde Chrysostomus homil. 17. in Epist. ad Hebr. ignorantiam S. Scripturæ, utpote à se non lectæ, prætexentes ita redarguit: *At dices; non legi. Hoc non excusatio, sed accusatio est.* Eth homil. 3. de Lazaro &c. ibi: *dicis. non est meum legere scripturas,* sed eorum, qui mundo valeixerunt, - - Monachorum, &c. *Imò tuum magis, quam illorum;* - - Neque enim illi perinde *scripturarum* egent præsidio atque nos, in mediis negotiorum undis iactati &c. qui semper opus habemus *Scripturarum solatio.*

Theophylact. ad Ephes. c. 6. vers. 4.

Nec dixeris, Monachorum esse sacris literis intendere animum; quin potius Christiani cuiusvis hominis id sanè officium est. & ejus præcipue, qui in mundo versatur, jung. sup. p. 9. 11. seq. B. Gregorius M. lib. 2. Epist. 62. cap. 101. ad Domitianum Metropolit. valde gaudeo, inquit, quod dulcissima beatitudo vestra etiam causis secularibus occupata, ad intellectum *sacri elogii* vigilanter ingenium reducit. Sic quippe necesse est, ut si illæ omnimodo caveri non possint, ista non omnimodo postponantur.

Et lib. 4. Epist. 40. aliàs cap. 84. ad Theodorum Medicum. Sed quia ille plus diligit, qui plus præsumit, erga sanctissimam mentem glorioissimi filii mei Theodori habeo aliquam querelam, quia donum ingenii, rerum, donum misericordiae atq; charitatis à *sancta*

Trinitate percepit, sed tamen secularibus indefinenter causis adstringitur, assiduis processionibus occupatur & quotidie legere neglit verba Redemptoris sui. Quid est autem *scriptura sacra*, nisi quedam epistola omnipotens Dei ad creaturam suam & certè, sicubi esset gloria vestra alibi constituta & scripta terreni jam Imperatoris acciperet

ret, non cessaret, non quietceret, somnum oculis non daret, nisi prius, quæ sibi Imperator terrenus scripsisset, agnoscisset; *Imperator cœli, Dominus hominum & Angelorum, pro vita tua tibi suas Epistolas transmisit.* & tamen, gloriose fili, easdem epistolas ardenter legere negligis.

Sumit fortasse Gregorius M. comparationem illam *Epistola* (cujus etiam appellatio aliò nec prorsus alienò tamen sensu hominiibus ipsis, Christianis sc. DEI illam Epistolam animis suis inscriptam tenentibus seu gerentibus, tribuitur 2. Cor. 3. v. 2.) & *Scriptura Divina*, ex Chrysost. hom. 3. in Epist. ad Thessal. ibi: è cœlo venientes quotidie leguntur epistola. Dic autem quæso, Si quisquam, dum omnes adsumus, ingressus esset, Zonam habens auream, erectâque cervice, superbèque incedens & se effterens, diceret: se esse missum à Rege terreno & ad totam civitatem afferre epistolam de rebus necessariis: annon omnes convertemini? annon, etiam non jubente Diacono, magnum adhiberetis silentium? ego sane arbitror. Nam hîc audivi, legi epistolas Regis. Deinde, Si quispiam veniat à Rege, omnes acceditis. A DEO autem venit & e cœli loquitur Propheta, & nemo est, qui attendat. Annon creditis, quæ dicuntur? sunt à DEO! & ipsæ Epistola à DEO missæ sunt.

S. Augustin. Serm. 56. ad fratr. in Eremo: Diligenter attendite! *Scriptura Divina* quæ literæ de patria nostra nobis transmisse sunt. Patria enim nostra paradiſus est.

Et B. Macar. homil. 39. ibi: Quemadmodum Rex, qui scribit literas ad eos, quibus vult codicillos & peculiaria munera largiri, notum facit omnibus, nempe: Contendite confestim ad me venire, ut accipiatis à me munera regia; qui nisi venerint & acceperint, nihil ipsis proderit, quod has legerint; quin potius mortis supplicio fiunt obnoxii; quod renuerint venite & è manu Regis honorarium consequi: Sic quoque Divinas Scripturas velut epistolas, misit Rex DEUS hominibus, iis significans, ut invocantes DEum & credentes petant & consequantur donum cœleste ex hypostasi Divinitatis ejus. Scriptum enim est: quod siamus divinæ consortes naturæ.

Egre-

Egregie quoque hue faciunt, quae habet Venerabilis Beda, ratione non multum dissimili **Scripturam** dicens esse DEI promissoris seu debitoris quoddam Chirographum, quod proinde omnibus illis, qui cum debitō, iūm pignore, sc. Spiritus Sancti, frui desiderent, legendum & tenendum etiam atque etiam inculcat, ad Hebr. cap. 10. in tom. 6. oper. p. 804. & seq. his verbis : Fidelis Dominus in verbis suis, quid enim promisit & non dedit? Fidelis Dominus in verbis suis! Adhuc quædam promisit & non dedit? Sed credatur illi, ex his quæ dedit. Fidelis Dominus in verbis suis. Possemus illi credere tantummodo dicenti: Noluit sibi credi dicenti; sed voluit teneri scripturam suam quomodo si dices alicui homini cum aliquid promitteres: non mihi credis? Ecce scribo tibi. Etenim quia generatio vadit, & generatio venit, & sic transcurrunt ista secula carentibus (lege forte carentibus) succendentibusque mortalibus, *Scriptura DEI manere debuit, & quoddam Chirographum DEI, quod OMNES transeuntes legerent: ut viam promissionis ejus tenerent &c.*

Lucinianus, Episcopus Carthag. Spart. in lit. ad Vincentium, Eboracensem insula Episcopum, apud Julianum, Archipresbyt. S. Juste, inter epistolas post Chron. Luitprand. p. 520. ibi: credas, omnē Scripturā Divinam epistolam aut epistolas esse cœlestes & ad nos de cœlo esse transmissas, &c. addens, post illas epistolas, (puta S. Scripturis contentas) nunc nobis non mitti novas seu alias epistolas à Christo; sed sufficere, quod is locutus est in Prophetis & per se ipsum & per suos Apostolos: quamvis & his non literas mittebat de cœlo, sed Spiritu Sancto eorum corda replebat &c. qui scil. fuit scriba; Prophetæ & Apostoli autem ejus callami, quibus Spiritus S. scribenda dictavit.

Cyprian. serm. de Eleemos.
ut tamen, qui scribenda dictavit, ipse scripsisse videatur.

Gregor. M. in Job. cap. 1.
nempe, ut dicitur verè epistola Principis, quæ à Principe dictatur; etiam si is, qui eam scripsit, antea sciebat, quæ scripturus erat: ita dicitur & est immediatum Dei verbum, quod scriptum est ab Evangelistis, D E O inspirante & dirigente; licet scriperint ea, quæ viderant vel audierant.

Cardin. Bellarmin. l. 2. de Concil. c. 12. §. Dicuntur. add. Coster. c. 1. Enchir. p. 42. ibi:

Spiritus S. scripturam Evangelicam dictavit; non autem scriptit suis, sed amanuensium suorum, Evangelistarum & Apostolorum, manus.

Sed in viam redeundo, superioribus jungimus verba quædam Prologi in vet. Bibl. Germ. Imp. Wenceslai apud Lambec. lib. 2. de Biblioth. Cesar. cap. 8. p. 750. ibi:

Allen Gottes Kinden/
Die sich in treuen lassen finden
Und in gleicher fasse
Bauen des Himmels Straße/
Die Gott von Herzen und von Sinnen
Und die h. Schrifft minnen
Und damit bekümmert wesen
Dass sie gerne hören lesen
Oder selber lesen/ den wil ich
SIE vorlegen frumentlich
Der besten abentheuer Wort
Die mein Ohren jē gehört.
Ein Buch/das heiset BIBLIA,
Die wil ich aufrichten sa
Und mit gleichen schlechten Dingen
In Deutsche Zunge und Sprache bringen.

Et porro: Wer nur dieser Schrifftte Wort
Wil lesen und ihr suzen Wort/
Der scholl nun dancken den Brumen/
Von dem diß Gestift ist kumen/
Dem hochgebohrnen König Wenzlau veit
Und der Durchkuchtigsten Königinnen sein /
Den dieß durch Gotis Wirdigkeit/
Krumet aller Christenheit.
Gott gebe in darumb zu Lohne
Des edeln Himmelreiches Crone!

Pro corollario sequentia sint verba d. Autoris (cum grano tamen salis accipienda) in tract. Von Mitteln zu Bekehrung der

der Ketzer in append. p. 549. meiner Meynung nach/ ist dieses das
erschrecklichste Zeichen des Zorns Gottes über ein Volk/ wān
ihme verbotten wird/ das herrliche Buch der H. Schrift zu lesen.
add. p. 529. ibi: Alles Unheil kommt daher/ daß man die H. Schrift
nicht weiß ic. p. 490. ibi: man könne fast nicht aussagen/ was U-
bels die Unwissenheit der Heil. Schrift unter den Leuten
stiftet. &c.

Ad eundem §. I.

*Neque enim DEO vivunt, neque animæ suæ, sed negotiis
secularibus, occupationibus mundanis, rebus transitoriis
&c.*

B Hernas, discipulus S. Pauli, lib. 3. Pastoris similitud. 9. p. 829. edit.
Barth. De tertio verò monte, qui spinas & tribulos habebat, tales
sunt qui crediderunt; divites quidam, quidam plurimis obstricti negotiis
spina sunt, qui multis obligati sunt negotiis variisque rebus: hi non ad-
jungunt se servis DEI, sed aberrant, ab his negotiis revocati, à quibus
suffocantur.

Idem similitud. 8. p. 744.

Qui verò in virgis suis dimidium aridum habebant & dimidium
viride; hi sunt negotiationibus involuti, neque applicati sanctis: ideoq;
etiam dimidium eorum vivit, dimidium verò mortuum est.

B. Hilarius enarrat. in Ps. 1. p. 445. edit Basil. de An. 1525. Sunt aliqui
inter impios piosque, qui medii, (Patiens Synodi Nicenæ II. An. 788, ha-
bitæ appellâsent semi-probos quadantenus & falso-veros.) sunt, ex
utroque admixti, neutri tamen proprie, quia id ipsum consti-
runt ex utroque. Neque fidei admiscendi, quia sit illis aliquid
infidelitatis infertū; nec infidelitati deputandi, quia aliquid & habe-
ant fidei. Plures namque Dei metus in Ecclesia continent, sed eosdem
tamen, ad secularia vita, seculi blandimenta sollicitant. Orant,
quia timent; peccant, quia volunt; Christianos se nuncupant, quia
bona spes est æternitatis; gentilia agunt, quia blanda præsentia sunt;
impii non manent, quia his DEI nomen in honore est; pii non sunt,
quia, quæ pietati sunt aliena, sectantur. Et necesse est, ea magis dili-
gant,

gant, per quæ id, quod se nuncupant, esse non possunt; secundum
nuncupationis voluntatem operum voluntate potiore.

Gillebert. Abbas serm. 45. in Cant. 6. ad verba; quasivi &c. non inveni, &c. p. 81.

Quid compedita curis quæris dilectum? quid istas tecum volvis
molestias? si non penitus deponis officium, cur non sollicitudines
ad horam saltim leponis? Non detrahamus studiis, sed instantia vo-
lumus detrahas. Noli nimietatem quæstus necessitatis verbō præ-
texere. Quid bonum in te ingenium finis terrenis obrui? Quid il-
los æmularis, qui, in operibus positi, jumentis comparantur? terrenis
inhiant, terrena mandunt, studiō ruminant, vorant affectu; ponun-
tur in sublimi, sed volvantur in limo? Noli æmulari in ipsis vehemen-
tibus, nec zelaveris hanc facientes iniquitatem. Annon iniquitas &
inæqualitas multa, ad transitoria intensum impendere animum, ad
æterna remissum? quid, quod non semper intendunt negotiis? quid,
quod quidam, sub obtentu providentia aut necessitatis, & ab opere ma-
nuum & à meditatione ac studio scrutandæ veritatis excusant se; plus
dant negotiationi, quam quieti, plus scurtilitati verborum, quam Sa-
gra Scriptura collationi. &c.

Ad §. II.

Exhortor autem vos &c. à negotiis secularibus ad medita-
tiones sacras &c. ad lectiones S. literarum.

S. Augustinus in libro de opere Monach. cap. 29. tom. 3. oper.
Dominum JESUM (in cuius nomine securitus hæc dico) testem
invoco super animum meum, quoniam, quantum ad meum quidem
attinet commodum, multò mallem, per singulos dies, certis horis, ali-
quid manibus operari, & cæteras horas habere ad legendum & oran-
dum, aut aliud quidquid de Divinis literis agendum; quam tumultu-
osissimas perplexitates causarum alienarum pati de negotiis seculari-
bus, vel judicandō dirimendis, vel inserviendō præcidendis.

Quæ S. Augustini verba suis ad 1. Corinth. 6. Commentariis inse-
ruit quoque venerabilis Beda Oper. tom. 5. p. 306.

Gregorius M. suprà alleg. Epist. 54. Stude ergo, quæso, &
quotidie Creatoris tui verba meditare; Disce cor DEI
in

in verbo D E I , ut ardentius ad aeterna suspires; ut mens vestra ad cœlestia regna majoribus desideriis accendatur. Tantò enim tunc major erit ei requies , quantò modò ab amore Conditoris sui requies nulla fuerit. Sed ad hac agenda infundat vobis omnipotens DEUS consolatorem Spiritum! ipse mentem vestram suâ præsentia impleat & implendò levet!

Vener. Beda in *Cantic. Cant. c. 5. in fin.*

Jugi Divinorum eloquiorum meditatione opus habemus, ut vel facta Sanctorum vel dicta legentes, quô nos genere apertæ impugnationis antiquus hostis , quibus fraudum machinis debellare ac supplantare conetur, sollicitâ mente perscrutemur. in tom. 4. p. 785.

Ipse Imperator Justinianus in Nov. 133. c. 2. ibi :

Unicuique animum corrigere atque rigare Sacris Scripturis licet, quas si frequenter (adde & eâ intentione ac fine, quâ debent; vid. Dionys. Carthus. in. Joh. 5. v. 39. pag. 309. lat. 2.) *legent, nunquam decipientur, nec ad humanas descendunt sollicitudines &c.*

Quinimò potius, quô Verbum DEI legendo, audiendo & aliâs, Divinorum contemplationi magis insistunt, eò majori lumine cœlestis gratia implentur piæ mentes, & quasi transformantur ad Divinæ naturæ modum & assimilationem.

II. Corinth. 3. v. 18. ibique Dionys. Carthus. in enarrat. & D. Lüt-kemann in homil. Epistol. Domin. XII. post Trinit. p. 7 § 6. seq. & p. 761. ibi :

Je mehr wir mit dem Wort des Evangelii umgehen / je mehr der innerliche Mensch am Vilde Gottes wächst oder zunimmt/ und in die Klarheit Gottes verklärret wird.

Add. I. Pet. 1. v. 8. seq. II. Timosh. 3. v. 17.

Nec ratio est in obscuro, quia tci' icet verbum Divinum, ejusque prædicatio, auditio & lectio devota, operatur in nobis fidem & alia Spiritus S. dona, ad purificandas & sanctificandas h. e. regenerandas pristinæque imagini Dei conformandas animas nostras.

Rom. 10. v. 17. Act. 15. v. 19. & c. 26. v. 18. Galat. 3. v. 2. Joh. 17. v. 17. I. Pet. 1. v. 23. Iac. 1. v. 18.

(Unicuiq; animum corrigere S. Scripturis licet &c. antea ex Nov. 133. diximus; quô spectat laud. Dionysii observatio ad Matth. 4. pag 13. lat. 2.

Ten

Tentationibus peccatorum nos melius obviare non posse, quam S. Scripturam cum vis peccato objiciendo; ut si de elatione tentemur, cogitemus, quod scriptum est: Odibilis coram Deo & hominibus est superbia. Si de invidia, cogitemus illud B. Johannis: omnis, qui odit fraterum suum homicida est, &c. Et Georgius Rausserberger in der Predigt am Montag nach Palmesntag, pag. 63, ibi: Das Wort Gottes muss du hören und lesen / das macht dir die böse Gedanken und die wüste schamperierte Worte vertreiben &c. Script. Ao. 1505.)

S. Pater Ephraem, Syrus, serm. ad pietatem &c in tom. I. oper. p. 78.

Nam si quis operibus bonis det operam, seque in rebus scripturarum occupet, omnes sermones sive scripturæ, sive ordines ipsorum exterorum & à lege Evangelica alienorum Philosophorum libri, & de hisce clamantes, hinc collaudantes & de hoc gloriantur, omnesque linguae de hoc perhibent testimonium, eum, qui in divinis scripturæ rebus maximam vitam traducit, celebrantes.

D. Cardinal. Bona supra alleg. tr. de Princip. vita Christ. §. XVI.

Cum rationi consonum sit, idq; omnes fateantur, futura præsentibus, Divina terrenis, perpetua brevibus anteponenda esse, satis intellexi. Et difficile est, cur plerique mortalium, qui corde hoc credunt & ore prædicant, factis tamen negent; in artibus quippe & negotiis carnalis vita occupati, augere redditus, gros colere, pecuniam undecunq; congregare, dignitates consequi totis viribus student; in reliquis sic ferè se habent, ac si sensu & intelligentia carerent. Si de DEO, de vita eterna, de Christiana perfectione sermo habeatur, vel, quæ dicuntur, non percipiunt, vel statim obliviscuntur: quia res caducæ & temporales, quæ sensibus objectæ sunt, mentes eorum magis percellunt. Et licet interdum, quotidiana experientia urgente, videant ac probent, humana omnia fugacia esse & tenui filo pedentia, protinus tamen sensibus cedunt, ad ea recedentes, quibus dudum assueti sunt.

Cum rationi consonum sit; &c. Laudatissimus hic ait Cardinalis: quod eodem argumenti genere usus Joh. Fr. Picus Mirandul. in sup. laud. tract. de stud. Philos. lib. 2. c. 1. sub. fin. & c. 2. suōpte, inquit, ingeniō & absq; alii adminiculis heo veritas sese erit in lucem, adeò ut plures rationes, ad id monstrandum se offerentes, adducere nihil attineat; quod nempe ad bene beataque videndum nihil magis conducat, quam frequens Sacra Scriptura & lectio.

add. Trithem. Lib. 1. de vita Rabani, p. 11.

. ubi :

(33)

ubi, quod bona hominis vita, sine scientia spirituali Divinarum scri-
pturarum, non sufficiat ad institutionem subditorum:) Hæc autem è
frequentior est, quò amor DEI sincerior & ferventior.

Trithem. d. lib. 1. p. 13. add. p. præced. & l. 2. p. 17.

ubi proinde DEUM Deiq. amorem, (nunquam scil. otiosum aut opera-
ti renuentem, Idem d. lib. 2. p. 15.) ac S. Scripturæ lectionem, tanquam
inseparabiliter connexa, jungit & consideratque; de Rabano suo præ-
dicans, quòd in hoc mundo nihil quæsiverit, cupiverit & optaverit
nisi DEUM solum & scientiam Scripturarum. &c.

Hieron. Savanarola Dialog. de veritate fidei lib. 2. in fin. ibi:
hoc est magnum argumentum, quòd S. Scripturæ non sunt nisi à D E O,
quia legentem eas & earum dilectorem & studiosum vehementissimè in-
flammant amore divino & ad cœlestia rapiunt, ita, ut per eas homines
efficiantur quasi Dii, terrena tanquam stercorarelinquentes, & ad Dei
speciem anhelantes, nihilque in hoc mundo appetentes & nihil perti-
mescentes, unanimiter in quodam rerum vertice stantes. p. 180. sq.

Ipsis imò ex Gentilibus nonnulli idem vel simile quid, licet de re-
surrectione ac vita æterna addubitarent, & viderunt & inculcárunt.

Marc. Antoninus Philosoph. Imp. lib. 12. de vita sua §. 27. 36. &c.
ibi:

Apud te crebro recolas, -- quām vile sit omne, in quod studium
tantopere impenditur, quantòque sit Philosophia magis consentane-
um, in oblata sibi materia justum, temperantem, D E O obsequentem se
simpliciter præstare.

Item: vide, quomodo *sese utatur mens tua*, in hoc
enim sunt omnia: reliqua, sive arbitrii tui sicut, sive non sint, ca-
davera sunt & funans &c.

Ad dict. §. II.

A lectionibus chartarum, ad lectiones sacrarum literarum &c.

Quomodo autem hæ lectiones instituenda & peragenda, disca-
mus à S. Bernhardo, vel si quis alias autor libri de vita solitar. si
non stylō, saltē, judice Cardin. Bellarmino, Bernhardi spiritu
scri-

scripti, c. 10. Quō spiritu ait, scripture factae sunt, eō legi desiderant; ipso etiam intelligenda sunt.

Nunquam ingredieris in sensum Pauli, donec, usu bona intentionis in *lectione* ejus & studio assidue *meditationis*, spiritum ejus imbiberas. Nunquam intelliges Davidem, donec ipsa experientia ipsos Psalmorum affectus indueris, sive de reliquis. Et in omni *Scriptura* tantum dicit *studium à lectione*, quantum amicitia ab hospitio, socialis affectio à fortuita salutatione. Sed & de quotidiana *lectione* aliquid quotidie in ventrem *memoria* dimittendum est, quod fidelius digeratur, & sursum revocatum, crebitius ruminetur, quod proposito conveniat, quod intentioni proficiat, quod deliniat animum, ut *aliena cogitare non libeat*. Hauendiis est sape de *lectionis serie* affectus & formanda oratio, quae *lectionem interrumpat*, & non tam impedit interrumpendo, quam puriorem continuo animum ad intelligentiam *lectionis* restituat. Intentioni servit *lectio*: Si verè in *lectione DEUM* querit qui legit omnia, quae legit cooperantur ei in bonum, & captivat sensum legentis, & in servitutem redigit omnem *lectionis* intellectum in obsequium Christi; si in aliud declinat sensus legentis, omnia trahit post semetipsum, nihilque tam sanctum, tam pium invenit in *scripturis*, quod seu per vanam gloriam, seu per distortum sensum, seu per pravum intellectum, non applicet vel malitia vel vanitati: *in omnibus enim scripturis legendis initium debet esse timor Domini*, ut in eo primò solideretur intentio legentis, & ex eo ordinetur & exsurget totius *lectionis* intellectus & sensus &c. add. sup. p. 19.

Tali fini animoq; ipse S. Bernhardus *Canonicas scripturas simpliciter & seriatim libenter ac saepius legit; nec ullis magis, quam ipsarū verbis eas intelligere* se dixit; & quicquid in eis *Divina* sibi elucebat veritatis aut virtutis, in prima sibi originis sua fonte magis, quam in recurrentibus *expositionum risis*, sapere testatus est: adeò ut neque hodie (quae omnia Gaufridi, post Clarævall. itidem Abbatis, verba sunt in lib. 1. de vita Bernhardi c. 4.) quicquid in *scripturis* valet, quicquid in eis spiritualiter sentit, maxime in *scriptis* & agris meditando & orando se accepisse confessus, & in hoc nul-

los

los alios magistros , quām *quercus* & *fagos* (faunos est in indice edit. Coloniensi de ann 1641.) se habuisse , jocō illō suō gratiosō dicere solitus sit. Indeque esse addit, quod plenus spiritu, quo omnis S. Scriptura divinitus est inspirata, confidenter & utiliter eā usq; hodie, (ut Apostolus dicit 2. Tim. 3.) utatur ad docendum , ad arguendum,&c.p. 8. introd. in oper. S. Bernhardi. &c.

add. Paulus Aemil. in reb. ges̄t. Franc. Ludov. VII. p. 157.

ubi de miris illis S. Bernhardi Magistris jam dicta confirmat his verbis : Bernhardus quercuum (ut prædicabatur) secelluumque discipulus,& nullō præterea Præceptore doctissimus , ē solitudine in celebritatem , ex umbrā in solem , sanctitatem eruditionemque importārat.

Timorem & amorem DEI cum primis sacrae lectioni afferendum, inquit ea D E U M unice querendum esse, quod antea dictum ulterius confirmatur sequentibus :

Qui S. Scripturam legunt aut scrutantur, ut malint esse docti, quām justi , & aliud querunt, quām D E U M , non ex toto corde querunt eum.

Besold. in axiomat. Theol. Polit.

Reginaldus Polus , non posse epistolas Pauli feliciū legi & meliū intelligi, censuit, quām si quis id agat, ut posteriorem earum Epistolārū partem , quæ de Christianis morib⁹ ferè semper agit, primū legat, intelligat, vitāque ac factis exprimat. Deinde ad priorem, in qua de Decretis seu dogmatib⁹ subtilius ac acutiū disputatur, accedit.

Dudith. in vita d. Poli. p. 46.

Ad D E I verbum , nisi purgatus , nemo accedat : ne illud , ex consuetudine tanū & sine gustu Spirituali lectum, viam veritatis S. Scripturā descriptam magis obstruat, intellectum nostrum obnubilet,&c.

Savanarol. in pr. expos. orat. Domin. & in epist. ante lib. de simplicit. Christi. add. lib. I.c. II. p. 69.

Pleniū d. lib. 5. de simplic. vit. Christi. c. 15. p. 170. ibi:

Christianus ergo , qui lumen supernaturale habet, si purgatus mente, cum omni humilitate, scripturas Apostolorum & Prophetarum legerit & legendō meditatus fuerit & meditandō pro earum intelligentia D E U M oraverit , & non currendo, sed immorando in diversis locis, contemplatus fuerit, mirō modō ad supernaturalia elevabitur, & inventiet

niet delectationes aeternas , quæ superabunt omnes hujus seculi voluptates , &c.

Ad §. III.

Si qui sunt , ait Chrysostomus , qui negotia ,
occupationes & publicarum privatrumque rerum curas
causantur , primum in hoc non parum
errant ; &c.

add. sup. p. 25. seq. 29. seq. p. 32.

EQuidem Rabanus Maurus , Archi-Episcopus Mogunt. aliquoties jam laudatus , causationem seu excusationem hanc non omnino injustam putare videtur , ceu sup. p. 24. jam innuimus ; & merebentur forsitan verba ipsius , ut ex lib. 2. de Instit. Cleric. c. 56. integrâ hic legantur.

De totis , inquit scripturis hæc , scil. Symboli Apostolici capita , breviatim collata sunt ab Apostolis , ut quando plures credentium litteras nesciunt vel , qui sciunt , præ occupatione seculi scripturas legere non possunt , hoc corde retinentes , habeant sufficientem sibi scientiam sanitarem . Est enim breve fidei verbum , & olim à Prophetâ , (Esai. c. 10. v. 22. add. Rom. 9. v. 28. in Latina vulg. S. Fulgent. in prolog. lib. de fide ; ubi & Psalm 144. allegatur) prædictum : Quantum verbum BREVIATUM faciet D OMINUS super terram .

Quæ posteriora an ex Cypriano fortè de prompta ? is enim in Tract. de Orat. Domin. p. 151.

quòd DEUS suō magisteriō omnem precem nostram salutari sermone brevia verit , postquam dixisset & Esaiæ locum ex d.c. 10. (his verbis : Verbum consummans , inquit , & brevians in justitia : quoniam sermonem breviatum faciet DEUS in toto orbe terræ ;) eam in rem adduxisset ; de fidei quoq; regula similiter breviata & in grande compendium contracta subdit , inter alia docens , quòd DEI sermo Dominus noster Iesus Christus (quem ejus Apostoli fecuti sunt : vid. Actoř. 2. v. 38. c. 4. v. 12. c. 5. v. 28. 42.) sacramentum vita magnâ & Divinâ brevitatem complexus sit his verbis : Hæc est vita æterna , ut cognoscant Te solum & verum DEUM , & quem misisti Iesum Christum .

Prout.

Prout quoque, ne lex Evangelio hac in re quasi cederet, cuncta Mosaico-Rabbinica præcepta (numerum membrorum corporis humani & anni dierum exæquare vulgo jactitata) ad duo, nempe DEI proximiq; amorem rededit Christus, valdeque adeò abbreviavit seu verbum ex iis breviatum fecit;

Matth. 22. v. 36. seqq. Marc. 12. v. 28 seqq. Raban. de Ordin.

Sacrament. Sc. c. 8. ubi totius doctrine verbum S. legem & Prophetas DOMINUM duobus his sermonibus breviaſe scribit.

Imò in unicum verbum, dilige proximum &c. Die Nächsten-Liebe / contraxit S. Paulus, & in hoc **OMNEM** legem impleri docuit ad

Galat. 5. v 14.

Sed in viam! Scripturas, ait Rabanus, legere non possunt; &c. in quibus tamen, ut alibi ab eodem post vet. SS. Patres, Hilar. lib. 6. de Trinit. Augustin. 2. de D. C. c. 9. Cyrill. 12. c. 68. in Joh. 21. v. 25. &c. Benè monetur, omnia, quæ fidem moresque vivendi continent (fundamentum ac columnam fidei nostræ; item omnem mandatorum disciplinam vocant Irenæus lib. 3. c. 1. & Antonius ap. Athanasium;) aperte posita inveniuntur.

seq. lib. 3. de Inst. Cler. cap. 7.

Pergit idem: sufficientem sibi scientiam salutarem habeant, &c. Ratus scilicet Apostolos omnem totius fidei integratem in hoc symbolum suum contulisse.

Raban. d. c. 8. de ord. sacram. d. c. 56. ibi: in symbolo contineri **omnia sacramenta.**

Imò Tertullianus plus etiam dixit, quippe non tantum statuens, quod nihil ultra regulam seu symbolum fidei scire, **OMNIA** scire sit; sed addens quoque: cetera ignorare melius est; ne, quod non debeas, norris &c. In tract. d. prescript. Sc. c. 14.

De cætero quod & quale hominum, secularium puta vel Laicorum, genus intellexerit Rabanus in d. c. 56. ipsem in jamjam alleg. c. 7. optimè interpretatur, non quidem his nominibus distinguens homines, sed quoslibet, maximè autem Deum timentes & pietate mansuetos ad S. Scripturæ lectionem invitans, atque adeò in omnibus Nov. & Vet. Testamenti libris voluntatem Dei querere; quæque in eis aperte posita sunt.

sunt, vel precepta vivendi, vel regulas credendi, solerius diligentiusq;
investigare jubens.

Confer. seq. c. 8. ubi docet, quod ex his, quæ in S. Scriptura tribus
linguis, Hebreâ. Græcâ ac Latinâ traduntur, unaqueq; gens & na-
tio intellectum sibi salubrem propria lingue administriculô (quô
scil. Clerici & alii eruditi non indigent, sed idioœ tantum, qui fo-
lam suam vernacula, aliarum linguarum rudes intelligunt, &c.)
per gratiam Dei attrahat seu attrahere possit. &c.

Et hoc spectant, sigillatim quod idiotas seu indoctos attinet, verba
Chrysostomi in Homil 3. de Lazar. ibi:

Siquidem Spiritus gratia dispensavit illa temperavitque, quò publi-
cani, pescatores, tabernaculorum opifices &c. per S. Scriptura libros sal-
vi fierent, ne quis idiotarum ad hanc difficultatis confugere possit ex-
cusationem, ut omnia facilia conspectu essent ea, quæ dicuntur, ut &
opifex & famulus & viðna mulier & omnium hominum indoctissimus,
ex auditâ lectione aliquid lucri utilitatisque reportaret.

Et Isidori Pelusiotæ lib. 4. epist. 19. ibi:

Sacra oracula quoniam ad universi generis humani utilitatem pro-
nunciata scriptaque sunt, perspicuitate sunt temperata: ex hac illi, qui
aliis virtutibus orationum delectantur, nihil detrimenti patiuntur,
& omnes, qui agricultura dant operam & artificiis & cæteris occupa-
tionibus vita detinentur, plurimum juvantur.

Hinc in orationibus seu concionibus ad populum, utpote cuius par-
tem longè maximam Idiota & proletarii, quos diximus, iidemque
DEI electorum pariter ac illuminatorum majorem itidem numerum
1. Cor. 1. v. 26. Matth. 11. v. 25. 26. conficiunt, S. Scriptura dicta
tantum non unicè pro- & exponi debere, inculcant Patres. inter alios
Origines in *Comm. ad Rom. 3* ibi:

Paulus vero, ut ei moris est, de scripturis sanctis vult affirmare, quod
dixerat, simul & Doctoribus Ecclesiæ præbens exemplum, ut ea, quæ
loquuntur ad populum, non proprius præsumta sententiis, sed divinis
munita testimonius proferant. Si enim ipse, talis ac tantus Aposto-
lus, autoritatem dictorum suorum sufficere posse non credidit, nisi
doceat, in lege & Prophetis scripta esse, quæ dicit: quanto magis nos,
minimi, hoc observare debemus, ut non nostras, cum docemus, sed
Spiritus S. sententias proferamus.

Et in *Matth. tract. 20.* ibi:

Debe-

Debemus ergo ad testimonium verborum, quæ proferimus in doctrina; proferre sensum scripture, quasi confirmantem, quem exponimus sensum.

Unde laudem merentur Habessini, quod sicuti ex more ac disciplina aurei Ecclesiæ seculi singulari em S. Scripturæ amorem cultumq; retinent, adeò ut apud illos sequioris æque ac masculi sexus, imprimis autem nobiliores ac lautioris fortunæ homines bene sciant textum S. Scripturæ, & quidem memoriter Epistolas S. Pauli, Psalmos Davidis, &c.

Vid. D. Ludolf. S. Cæl. Maj. & Elector. & Duc. Saxon. Consil. resp. intim. &c. in opere incomparabili Histor. Æthiop. lib. I. c. 14. ibi, in Comment. n. 98. & lib. 3. c. 5. n. 36. ubi in Commentar. n. 3. Regem Susneum memorat tempus ab Antecelsoribus suis vanitati tributum, lectioni scripturarum impensisse. ex B. Tellezii historia & Pp. Societat. Jesu relationibus & epistolis.

Ita nihil luentius quam dicta S. Scripturæ allegari audiunt; quorum præ inde plurimas allegationes in concionibus suis PP. Societ. facete oportuerit. D. Ludolf. d. lib. 3. c. 5. n. 17. & ibi allegati Pp. Soc.

PP. Societ. inquam; nam Habessinorum Abunas & Parochos band concionari, d. lib. 3. cap. 6. n. 58. tam evidenter probatur, ut suspicari nunc ultius non liceat, Habessinis hic idem forte usuvenire, quod Rom. Catholicis à nonnullis, videlicet

Daz bey ihnen / besonders in Italien gleichsam so
viel als gar nicht geprediget werde/ce.

imputari queritur Sereniss. D. Autor. Discreti Sincer. Cathol. lib. I. cap. 3. sect. 3.

Prout IDEM d. sect. 3. num. 2. econtra haud dissimulat, es
könne bey ihren Predigern / unter andern mit gelobet werden /
dass sie mehrtheils auf etwas mehrers allegiren und citiren der
h. göttlichen Schrifft sich nicht begeben; --- und könnte
gar nicht schaden / dass sie mehr / als ingemein notoriè sie nicht
thun / auf der h. Schrifft sein predigten / wann sie schon jedesmal das Capitel oder Vers nicht eben citirten / und also eher sich
enthielten einen Hauffen Werks auf kirchlichen oder weltlichen
Historien und allerley weltliche conceptus und auf den Legenden,
welche dann gewiss gar oft mehr abentheuerlichen Fablereyen / als nicht

nichtwahren Geschichten gewaltig gleich gesehen und ja keine solche Autorität wie der h. Schrifft ihre Exempel und Sprüche haben / mit unterzumischen und dergestalt anzuziehen / daß ich zum wenigsten nicht allemal gerne daben stehen wolte / wann ein nur in etwas erfahrner Protestirender zuhören thäte. &c.

In quo prudenti non minus quam pio monito aliis quoque Religionis Parochi, sibi quod usui siet, invenient procul dubio. &c.

Nos autem concludimus per celebri illa Gregorii M. similitudine S. Scripturam seu Divinum sermonem fluvio comparantis eidemque plano & alto, in quo & agnus ambulet & Elephas natet;

Epist. ad Leandr. Episc. ante exposit. B. Jobi c. 4.

& nobili loco Job. Fr. Pici Mirand. qui sup. alleg. lib. 2. c. 8.

in divinis eloquii hoc vel precipuum (addimus , idiotarum & reliquorum hominum secularium quasi privilegium quoddam Spirituale) esse afferit, quod ea ad intelligentiam quoque ineruditorum , quales tamen ne quidem omnes sunt Laici , se demittant , adeò ut miros atcanosque sibi ex eis intelligentia hanc sum accumulent . Notum esse , de B. Francisco à Theologis quibusdam prolatum , ejus scilicet Theologiam Cælum transcendere , suam autem humili gradu repare per terram : quam tamen , Vir Divinus & mirum in modum inflammatus , non de commentariis Thome aut Scoti , qui nondum nati fuerant , sed de DIVINIS literis , Divino amore examinatis eruiisset . &c.

Ad d. §. III.

Primum in hoc non parum errant &c.

QUare errant in hoc ? respondet Savanarola lib. 3. de simpl. vite Christ. c. 4. p. 92. seq. ibi :

Quia oratio & meditatio seu contemplatio divinorum , tanquam principalis Christianorum operatio , maximam requirunt attentionem : tum propter altitudinem excellentiæ Divinæ : tum propter debilitatem luminis nostri . Hæc ergo operanom possunt fieri ab homine in rebus exterioribus inordinate occupato & vehementer intento . -- Si autem homo Christianus , simplicitatem exteriorem amans & sequens , in exterioribus ordinatè occupetur propter D E U M : videlicet , ut familiam suam vel pauperes sustentet : vel quia res ecclesiæ gubernat quamvis aliqualiter mens ab oratione distrahatur & quiescat , juxta illud

illud: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima: tamen non in totum distrahitur: immo cum omnia ad honorem Dei ordinet, mens ejus saltem habitualiter continuè tendit in Deum. Sed, si homo amet & querat non necessaria, jam distrahitur a Deo per peccatum, dum inordinate afficitur creaturae. Distrahitur etiam per occupationem intellectus, & sensuum aliorum: & sic non potest orationi & meditationi in veritate vacare, nec Christianè vivere. Hinc ergo patres nostri, tam in veteri, quam in novo testamento, tam seculares, quam religiosi, simplicitatem amaverunt, & eam opere secuti sunt. Et ideo orationi & contemplationi liberè vacantes facti sunt viri divini & sancti, angelis & beatis familiares.

Faciunt quoque, quæ habet Besoldus in axiomat. Philosoph. Christ. rubr. Sapientia Divina. &c. part. I. num. 10. ibi: non in commotione est DOMINUS, non in igne DOMINUS, sed in simbilo aura tenuis; ita & Christiana tranquillitas non in multitudine negotiorum, etiam piorum, non in sollicitudine, ut Martha, vim suam exerit, &c. add. part. 2. pag. 333. n. 32. ubi allegat vett. Theosophorum dictum: In silentio & quiete proficit anima devota, & discit abcondita Scripturarum.

Imprimis autem quam noxious sit error ille, & a priori, ut ajunt, & a posteriori seu ab ipsa experientia, eaque sua demonstrat Gregorius M. in aliquot epistolis, que vid. in lib. I. vita ipsius c. 46. & seqq. ubi inter alia propter Seculares occupationes & curas terrenas munus suum Episcopale comitantes easque tantas, quantas in vita Laicali nequaquam deservierit, esse ad seculum, sub colore Episcopatus, redactum & per Episcopatus ordinem penè ab amore DEI separatum esse, queritur; vid. d. c. 47. & 50.

Seculares occupationes & curas terrenas dicit M. Gregorius; quas nimirum, nonnullis Episcopis & aliis majoribus Praelatis illò jam tempore (adeoque non demum, ut vulgo creditur, sub Pio Ludovico Imp. &c.) ex parte acquiri coepit, jurisdictio secularis ac regalium possessio, secum trahit ac indies in immensum augere solet, quasque proinde, ipsum si Episcopi vel Praelati obeant, maledictos vocat S. Bernardus lib. I. de considerat. (quos libros gravitatis & scientia plenos vocat Andr. Victorellus ad Ciacon. in Eugenio III. PP.) c. 3. & seqq. add. lib. 4. c. 6. ibi: Transitoria ista, quæ stare tibi nullò pacto queunt, fac ut a Te transeant; non per te. Rivus, quæ fluit, cayat

terram : sic discursus temporalium conscientiam rodit. Mira res ! fatis superque Episcopi ad manum habent, quibus animas credant, &c, cui suas committant facultatas , non inveniunt : Sed , ut liquido datur intelligi , patientius feremus Christi jacturam , quam nostram,&c.

Unde & eod. cap. 6. tales Episcopos, animum nempe dividentes & Dei rebus & suis pariter reculis se impartiri volentes , non dubitare jubet, quin & bonis privandi & malis feriendi sunt.

Nec aliorum respicit, quod ex Cæsar. de Miraculis &c. lib. 2. c. 28. Clerico quodam Patris liberè dictum adducit Nicol. Serarius, Soc. Jesu Lib. 4. rer. Moguntin. in Hattone II. c. 4. his verbis: *se omnia credere posse, sed vix in annum posse inducere, ullum Germanie posse salvare Episcopum* : vel, uti Cæsarii habent verba: *Omnia credere possum, sed vix credere possum, quod unquam aliquis Episcopus Alemaniae possit salvare*, d. lib. 2. c. 28.

Rationem enim terribilis hujus verbi hanc subjicit, quod dicti Episcopi penè omnes utrumque habeant gladium, spiritualem & materialem &c, proindeque magis eos sollicitos esse oporteat de isto , quam de salute animarum sibi commissarum. &c.

Coniunctio autem illa gladii utriusque aut saltem temporalium & spiritualium illò, imò & anteriori tempore, usque adeò invaluerat, ut Monachi Fuldenses Abbatem suum Rabanum, post Archi-Episcopum Moguntinum, Abbatia pellerent, causati ipsum, nimis intentum S. Scripturis, negligere temporalia: ex MS. sic referente Serrario d. lib. 4. p. 643.

Et Ottonem, tertio abhinc seculò Archi-Episcopum Trevirensem, eodem nomine, scil. quod per diversa Reipubl. munera & civiles occupationes dissipatum annum ad sacras meditationes & piam conversationem subinde reducere coniusevit, laudans Niderus in Formicar. lib. 2. cap. 2. eumque non Episcopum quempiam de Teutonia, sed potius Monachum visum fuisse, (add. Christ. Brower. lib. 19. Annal. Trevir. §. 22.) perhibens, nescio an non disertâ hâc Teutonie seu Alemaniae Episcoporum mentione seu expressione ad Cæsarianum verbum itidem alluserit. Quod ipsum tamen, ut obiter moneamus, non secus ac Pii V. PP. à Cornelio de Lapide & aliorum ab aliis relata verba & quæ terrifica, haud una cum mica falsis accipitas est: de quo in loco & tempore plura fortassis. Interim nulli dubitamus, quin Nide-

rus ille, si nunc viveret, Ottoni suo & aliis Metropolit. istius & Prima-
tialis Ecclesiæ prælustribus sideribus, numerosas luculentasque scævo-
illi Brocardico fœnerari exceptiones aptis natis, pari, si non majori,
& elogio & applausu accensurus foret successorem illorum dignissi-
num, piezatis, inquam, sapientia, temperantia, ceterarumque virtu-
tum & omnis vita publicè privatimque bene agende formam illam &
normam emendatissimam, D.N. D.N. **Hugonem**, Trevir. Archi. Epi-
scopum ac Gall. Belg. Primatem eminentiss. S. R. J. Principem Electo-
rem excelsiss. &c. Summi denique Imper. Tribunalis, quod Camerale vo-
camus, Judicem gloriiss. quem DEUS servet, sanitate firmâ, viribus
animi corporisque semper redivivis, senectâ tranquillâ ac vegetâ,
Gratiæque cum primis Divinæ solaniis ac præsidiis perpetuò mactum
munitumque!

Ad d. §. III.

Præterea rebus vilibus & abjectis diligens adhibent studi-
um; Divinis autem quando vacandum, ne minimam
quidem curam in his ponendam ducunt.

DN. Cardin. Bona de Princip. vitæ Christ. §. II. Maxima ac penè
infinita hominum turba, intolerabili ac perpetuis lacrymis deplo-
randâ insanîa, transigit in **NUGIS** (majorum nuga vocantur negotia;
puerorum autem talia cùm sunt, paniuntur à majoribus, inquit Besoldus,
part. 1. axiomat. Politico-Theolog. p. 216. n. 59. Augustinum 1. Confess.
9. & 12. allegans) dies suos, carnem Spiritui, tempus aeternitati, terrena
Divinis preponens; donec miserabilis vitæ actio in horribilem mor-
tis tragœdiam desinit & in puncto ad inferna descendunt. Si de lite
vincenda, de acquirenda possessione aut de consequenda dignitate sermo
sit, nulli parcitur labori, exhaustur ærarium, evolvuntur libri, prisca
monumenta exutiuntur; at cum agitur de cœlesti regno, de sempiter-
na beatitudine adipicenda, & dormiunt omnes, nemo excitatur, nulla
cura adhibetur. Pro his, quæ corpus afficiunt & lœdunt, cujusmodi
sunt famæ, sitis, frigus, æstus, dolores, infirmitates, sensa habemus in-
fallibilia; ex quibus fit, ut omne studium nostrum, omnisque industria
in his evitandis continuò occupetur; ad anima autem famam, fri-
gus, ægritudinem & alia mala omni prorsus sensu caretus; ac si patas
hominis nobilior & excellentior, quâ vivimus, ratiociniamur, quâ similes

Angelis sumus aut omnino non esset. Vincit nimurum & prevaleat pars animalis & haec fragilis vita plus diligitur, quam sempererna, nec in alio omnis nostra sollicitudo attentius occupatur, quam ut homo, brevi moriturus aliquantò serius moriatur. (de quo posteriori laud. Dn. Aut. d. lib. 2. c. 1. sect. 3. n. 3. ibi: Welche mit grossem Fleiß und öfters mit starker mortification sich angreissen um ihr zeitliches Leben nur sein lang hinaus zu erstrecken/ als ob gleichsam in selbigem die Seligkeit stecken thäte.) Et praeed. §. 10. Christiani igitur hominis est, qui quid cogitat, qui quid loquitur, qui quid agit, ad DEUM referre, non ore duntaxat, aut minus fervida spiritus applicatione, sed toto animo, conatu & affectu, a reb⁹ terrenis prors⁹ avulso. Nam si sepe decipimur specie recti & relabimur in nos ipsos, nostra potius commoda in ipsis etiam spiritualibus exercitationibus, quam DEUM querentes. Ideo scriptura dicit: arduam & difficultem esse viam salutis; quia natura corrupta, DIVINIS rationibus ac puræ intentioni repugnat & ad se omnia refert. Cum autem haec repugnatio a fiduo usu & delectatione DIVINÆ legis superata fuerit, lata sit via, levia mandata, jugum suave. Et hoc quoque pertinent ex §. 16. ejus d. tractat. supra adducta.

Franc. Picus Mirandul. *suprà cit. lib. 2. c. 1. cur somniculosi adeo & inertes sumus in evolvendis Divinis eloquiis;* omnem scientiam, eloquentiamque gentilium eminentissimè (etiam prater id, quod ipsis peculiariter est) continentibus atque ipsarum quoque Gentium testimoniō superantibus

Add. §. III.

Tanquam militis &c.

MEmorabilis & pulchra similitudo! non enim tantum in universum omnis hominis vita militia est super terram; Job. 7. vers. 1. sed signifikat quoque & peculiari modo Christiani nos, velut Spirituales sumus milites, ejusdem nocte armis, quæ inter eminent gladius verbi Dei, scutum fidei & lorica leu thorax charitatis Divinitus instruti, 2. Corinth. 10. vers. 4. Ephes. 6. vers. 1. & seqq. 1. Thess. 5. vers. 8. 2. ad Timoth. 2. vers. 3. & 4. quem tamen vers. 4. cui Latina vulg. vocem, DEO, contra Græcos codices omnes inferuit, ad solos Episcopos, Presbyteros & Parochos, quippe alia adhuc & à reliquorum Christianorum statu secretâ ratione DEO militantes, ut plurimum restrin-

gunt

gunt, eosque nullis occupationibus & negotiis secularibus implicare se
 debere tantò fosiū inde colligunt: adeo ut si vasallus efficiatur
Clericus, hōc ipso feudum amittat; quia desit esse miles seculi, qui
 factus est miles Christi, uti habent verba 2. F. 21. quæ confirmans can-
 didissimus J Cetus Hulderic. Zal. part. 5. de feud. n. 71. versic. illum 4.
 nemo militans Deo secularibus sese negotiis impliceat, unicè adducit; non
 dissimilans tamen, communī opinione & jure Canonicō aliud pla-
 cuisse, eò quod Clericus per substitutum servire possit; licet ipse
 hanc solutionem frigidam, nec absimilem dicat videri, ac si furem
 quis ex uset; si per substitutum suretur &c. Sed de hac & aliis exci-
 piendi tationibus, v. gr. aliud nunc tempus alios postulare mores;
 (quam H. Ludovicus, Episcopus Pictav. in apolog. pro se & aliis
 Clericis bellatoribus &c. urget potissimum) necessitatem haud sub-
 esse legibus, &c. nec non, an & quoisque tum jure Canonicō tum
 moribus novellis à doctrina S. literarum recedere hīc licuerit? disqui-
 rete non hujus est loci. Certè probabilis admodum & moderata
 videtur eorum sententia, qui implicandi verbō in d. c. 2. vers. 3. non
 omnem negotiorum secularium tractationem penitus interdicere,
 sed tamē tantamve denotare volunt, quæ munera Episcopalis vel
 aliūs clericalis functionem justam & perfectam in modo, tempore &
 locō turbet & impedit. Quamvis ejusmodi distinctionem seu li-
 mitationem vix admittere videatur de hujus tantum seculi militibus
 loquens textus in l. 15. ibi: *Milites solis debent utilitatibus publicis
 occupari & propriæ muniis insudare militiae. C. de re milit.* Admittit
 autem & probat, ni fallor, Cajetanus, quando Paulum d.l. præcepisse
 scribit: ut Christi milites proportionaliter se totos dedant militiae
 Evangelicæ, alieni ab omni solicitudine temporalium, etiam propriæ
 vitæ, famæ &c. prout ipsum allegat Dn. Aut. des extracts veri Sinceri
 Cathol. p. 98. ipse met dictum illud: *Nemo militans D̄o, sic expli-
 caris: Welches dann ja und zwar zum allerwenigsten dieses heissen
 muß / nemlich: daß dann die geist- und weltliche Stände / im neuen
 Testament / nicht bey sammen in uno subjecto stehen können; und
 daß diejenigen / welche sich in die geistliche miliz einschreiben lassen /
 nicht zugleich weltliche Aemter verwalten können; qui tamen in
 seqq. mentem suam ulterius declarat.*

F,

Ad

Ad d. §. III. ois quod silius & propositum
Hoc unum est neceſſitatis à Dgoindictx, &c.
Verbū Domini est: quærite p̄imū regnum DEI & iſtitiam
eius, & hæc omnia adiſcentur vobis. (Matth. 6. v. 33.) Nos
autem, de regno DEI nihil ſolliciti, pecuniam p̄imā quærimus &
ſeculi diſtiſtates atque voluptates, & huic ſoli curæ intenti ſumus.
Ille docuit nos, unum eſſe neceſſarium, (Luc. 10. v. 42.) Nos in mu-
ta diſtrahimur, quæ nihil aliud ſunt, quām impedimentum ſalutis. Ait
ille, ut eadem hominibus faciamus, quæ nobis volun-
tus ab illis fieri: (Matth. 7. vers. 12.) nos ex adverſo ea facimus, quæ nolumus ab aliis
pati. Ille dixit, nolite judecate: (Matth. 7. v. 1.) Nos aliorum
ſeveriſſimi judices in fratribus oculis festucas arguimus, trabes in no-
ſtris non videntes; præcipit ille, ut iſpsum totō corde & ſuper omnia
diligamus: (ibid. c. 22. v. 37.) Nos opes & voluptates plus quām
iſpsum amamus, præferentes ei, quicquid naturæ depravatae errores
fovet, quicquid blanditur conſientia. Inanisigitur est, quod ad nos
attinet, prædicatio crucis, inutlis incarnatio VERBI, inefficax vir-
tus sacramentorum; quandoquidem ita vivimus, ac ſi nullam DEI
& ultimi finis notitiam habetemus, cumque vita eujusque animalis
operatione ſibi congrua conſiftat, noſtra autem propria operatio ſit cog-
nitio & amor DEI; quicquid operamur huic ſini convenienter, ſalu-
tate eſt; quicquid extra illum, inutile & vanum, quicquid contra il-
lum, pernicioſum. Card. Bona de tract. §. 8.

Ad §. V.

Sequere ergo optimum S. Bernhardi conſilium: lecede ſed
mente, non corpore - - Solus es, - - ſi non affectas - - ſi
despicias, - - ſi fastidias, quod omnes
deſiderant, &c.

IMō & aliorum, illō multis ſeculis vetuſtiorum, v.g. Iuſtini, qui in
Dialogo cum Triph. p. 41. edit. Lang. Perpetuum nos, inquit, ſer-
vare ſabbathum vult lex nova; Juðeos autem, cum unum in otio
tranſegerunt diem, religione (ſciē ſabbathi) ſe defunctos arbi-
trari &c.

Cypriani in d. orat. Domin. p. 153. edit. Oxf. abit. Orantes au-
tem non in fructuofis, nec nudis precibus ad DEUM veniant: inefficax
petitio eſt, cum precatur DEUM ſterilis oratio. Nam cum omnis
arbor,

arbor, non faciens fructum, excidatur & in ignem mittatur, utique & sermo non habens fructum promereri DEUM non potest, qui nulla est operatione fœcundus. B. Hilarii in enarrat. Psalm. I. ad verba: *Sicut ergo ejus meditabitur die ac nocte &c.* ibi:

Beatum hunc vitum continua legis meditatio & indefessa consummat. Sed forte id humanae infirmitatis natura non patitur, per quam quiescendum dormiendumque, cibo vacandum est, ob quæ à spé consequendæ beatitudinis, ex necessitate naturalium, decidamus, aliquando à meditatione diurna atque nocturna, negotii corporalis intercessione, sit desinendum; simile quoque huic dicto Apostoli dictum est: *sine intermissione orantes.* Quasi vero, non recuperandò vites suas, naturæ nostræ necessitas poslit sine interpellatione temporis semper orare. Meditatio itaque legis non solum in verbis legendis est, sed in opere & religione: ne que ut libros tantum & scripturas recensemus; sed ut ea, quæ libris ac scripturis continentur, gestis rebus quasi meditemur & diurna nocturnaque operâ legem semper exercemus, (cui S. Hilarii doctrinæ omnino consonat illa D. Nifanii: **Ein heiliges Leben nach Gottes Gebot ist das kräftigste Gebet für GOTTL.** Ein stätig heiliges Leben und immerwährende Erhebung des Herzens zu Gott ist ein angenehmes Gebet. In frömmter Christen Wandel. c. 3. §. 16. p. 326.) ut illud Apostoli est: *Omnia, quæcumque facitis, in gloriam DEI facite, sive cum manducatis, sive cum bibitis, sive cum aliud agitis.* Per hoc enim efficitur, ut *sine intermissione oremus*, cum per opera Deo placita & in gloriam ejus semper exercita sancti cuiusque viri vita omnis oratio sit, ac sic secundum legem nocte dieque vivendo, vita ipsa diurna & nocturna legis erit meditatio.

Imò de ipsa fide, quam per S. Scripturæ lectionem vel auditionem Spiritus S. instillat & operatur, ita B. Ambrosius philosophatur quām sanctissime: Credere opus est opere, non sermone, non lingua; ne & nobis dicatur: labiis me honorant cor autem eorum longè est à me, serm. 20. item Beda tom. 3. oper. pag. 681. Credere in DEUM soli novere, qui non solo nomine sunt Christiani, sed factis & viis, &c. Similia fere habet Fulgentius *supra alleg. epist. 2. ad Gall.* c. 12. ibi: *Oratio ergo tibi sit in postulatione cerebra, in sancta verò cogitatione atque operatione CONTINUA.* Sic enim poteris implere, quod Apostolus jubet, ut *sine intermissione ore-*

de-

mus. Oratio namque est in conspectu DEI omne opus bonum, quo delectatur nihil indigens DEUS. Et ut agnoscamus bona opera locum orationis apud DEUM habere, Scriptura nos sancta sic admonet: Absconde Eleemosynam in corde pauperis & ipsa exorabit pro te ab omni malo (quo sensu modoque tolerari posset fortassis, si capiatur illud Tob. 4. v. 11. Eleemosyna liberat ab omni peccato. Add. Dan. 4. vers. 24. 1. Pet. 4. v. 8. ubi caritas dicitur operire multitudinem peccatorum. Luc. 11. v. 41. ut scilicet remissionis peccatorum causa quidem moralis & remota sint Eleemosynae; efficiens autem instrumentalis sunt quoque preces pauperum, a DEO benefactoribus suis gratiam exorantum & similem misericordiam, utpote a Christo ipso illis re promisam. Matth. 7. v. 7.)

Sic Hrabano Archi-Episcopo, toties laudato, haec forma docendi semper familiaris extitit, ut studio literarum, justitiae praeponeret disciplinam & scientia scripturarum anteferret pietatem: verba sunt Tritheimi in lib. 2. de vita ejus p. 14.

Alià porrò ratione attève mylticā semper orare & meditati, h. e. simul ac totus quodammodo exteriorū laborare & totus interiorū DEO vacare novit S. Bernhardus: in altero pascens conscientiam, in altero devotionem. Laboris ergo tempore & intus orabat seu meditabatur absq; intermissione exterioris laboris, & exteriorū laborabat absq; iactura interioris suavitatis, vid. vita ipsius p. 7. n. 23.

Et diu ante hunc Rabanus, licet Archi-Episcopus jam factus, S. Scripturis legendis, versandis, discendis, investigandis, meditandis &c. semper, (solo divini cultus & ad inevitabilem naturæ necessitatem, requisitō tempore demptō) indefessa sollicitudine, diebus ac noctibus fuit deditus; unde & ipsius Epitaphium in disticho penult. sic habet:

Hrabani nempe mihi nomen; lectio dicitur

Divinae legis semper ubique fuit!

Add. sup. p. 33 & post vett. Mst. aliosque Nicol. Serrat. lib. 4. rer. Mogunt. p. 629. 641. & seq.

Ubi, quod a Monachis Fuldu. propter nimium, ut hi quidem interpretabantur S. Scriptura studium ille Abbatia pulsus sit.

Ad d. §. V.

Cogita, quam breve spatium sit vita nostra, etiam si totum bone menti impenderetur, & (addimus Nos) saltem sene-

Autis pars melior majorque sacris lectionibus ac meditationibus; exemplò cùm aliorum, tūm Rudolphi Agricolæ Frisi, qui lib. 1. epistol. 4. ad Renchlinum ita scribit: reliquas literas alii didici, cupivi enim pro virili mea, si qua possem, literaturā Reipubl. patriæ nostra prodere, quod nisi spectasse, erat mihi eadem, quæ omnibus via & ad res patandas uberior & ad nominis claritatem illustrior & ad hominum commendationem gratior. *Has autem, scil. sacras literas, mibi discam; statui enim senectutis requiem, si modo ea me manet, in sacram literarum perquisitione collocare, quum ita necesse habeam, tunc libros eos intento persiculatèque lectitare, videor mihi eadē operā & literas hebraicas, discendo eos, legere & legendis eis, hebraicè disceire posse.* *Tav idōtnta ēxōs τε λόγος πυρηνίς γένεσαν petnoscere &c. (Aliis didici &c. Mibi discam &c. scripsit Agricola; non secus ac Cyprianus de quodam suo Co-Episcopo, cui pene morientis comeatum à DEO precanti, juvenis maiestate venerabilis, statu excelsus & clarus aspergū apparuerit ac indignabundus exprobraverit: Pati timetis, excire non vultis, quid faciam vobis? censet, illum hoc non sibi audivisse, sed nobis; non, quod sibi recessuro, sed quod nobis disceret & diceret remanentibus. tract. de mortalit. p. 163.)*

Et facilit hic vetus inscriptio Rom. apud Gruterum p. 1050. & Goldast, not. in paranes. Columb. p. 91.

Qui se quietioris perfectiorisque vita desiderio, ex negotiis civilibus, in quibus fuerat cum laude versatus, Jovis (prof)hovæ seu veri DEI:) Optimus Maximi beneficio, ducto, hīc in spe quiescenti, locus publicus datus est.

Herr von Seckendorff ic. zielet auch dahin in der Vorrede seines Christen-Staats lat. 4. & 5. ibi:

Es änderte sich mein Zustand solcher Gestalt/dass ich nach meinem längst geführten Wunsch/bey angehendem Alter/der in die dreissig Jahr bey Fürstlichen Rathsdiensten zu Gotha und Zeitz auf mir gehabter schwerer Last mich entledigen / und ohne myrkliche und beständige Bestallung vor mich selbst zu lesen anstrengte; Diese/durch sonderbare Güte Gottes/mir verliehene Rühe/ auch dabey gewesene Erhaltung meines Ehrenstandes und Aufstommens/begehrte ich nicht in Müßiggang/oder bloß in Versorgung meines Haushweins hinzubringen / so wusste ich auch mit andern Ergötzungen/deren ich mich niemals viel gebrauchet/die Zeit nicht

nicht zu vertreiben; hielte demnach darfür und wurd/nach vertraulicher Überlegung mit gottseeligen und hoch-verständigen Freunden/darinnen bestärket/ich könnte die übrige etwa wenige Jahre meines Lebens/nochst Beobachtung meiner Seelen Wohlfahrt/in fleissiger Übung der Gottseeligkeit/nicht besser anwenden.

Ad d. §. V.

UT DEUS - - velut in vero ac germano templo habitet , multò sibi acceptiore, quam ista lapidum &c.

Chrysostom. homil. 14. in epist. ad Rom. DEUS, et inter omnia, quæ videntur, homine nihil majoris æstimat , propter quem videlicet & cœlum & mare fecit. In quo sanè habitare magis gaudet quam in cœlo. Nos tamen, hæc cum intelligamus, nullam planè curam prudenteriamque Dei templorum, suscipimus , sed illis relictis neglectisque nobis ipsis ingentes & splendidas aedes extruimus. Propterea omnibus bonis orbati sumus atque admodum in opibus pauperiores , quod aedes eas ornamus, quas non possumus nobiscum , hinc discedentes asportare, illis relictis, quas liceret alio una nobiscum transferre. Nam Pauperum demortua corpora omnino resurgent, ac tum DEUS, qui hæc injunxit, illis in medium productis , eos collaudabit, qui illarum curam suscepint, admirabiturque quod illos collapsuros nunc præ fame, nunc præ nuditate & algore , modis omnibus sustentant.

De cætero verum ac germanum DEI templum procul dubio est interior homo seu mens nostra, ad imaginem DEI olim condita : quam sancta sanctorum ère, corpus autem templi à DEO inhabitati vestibula circum septa vocat Salvianus epist. 5. ubi etiam, quod quis mente purior est magisque defecata, eò ipsum habitatore DEO dignorem pronunciat. Dignorem, inquam ; nam excludi non debet, quamvis nondum sic defecatus, contritus tamen , DEUMq. timens ac humilis spiritus. Esa. 57. v. 15. & c. 66. v. 2. Add. Psalm. 34.. v. 19. Ps. 51. v. 19. imò tanto nos honore dignatur misericordiarum ille Pater, benignissimus DEUS noster , ut hominem non modò totum , 1. Cor. 3. v. 16. & c. 14. v. 25. 2 Cor. 6. v. 16. Rom. 8. v. 9. Ephes. 2. v. 22. Joh 14. v. 23. sed & corpus ipsum humanum , 1. Cor. 6. vers. 19. SUUM spiritusq. S. agnoscat templum, eā, nifallor, ratione , qua Salvianus innuit, quâve vōt. Hebr. magistri, mentem adyrum, reliquias ve-
to anima partes & corpus , basilicam templi & porticum nominarunt.

Uno

Unō verbō propter corporis & mentis in homine conjunctionem artissimam, (inō talem ac tantam, ut unam hanc, qua cum Divinitatis & humanitatis in CHRISTO conjunctio seu unio potius comparati queat, aptam natam reputarint omnes Ecclesia Doctores & illustres DEI viri; teste Maxentio 2. Dial. p. 20.) quem mens tenet, in corpore quoque & sic eoro homine habitare censetur DEUS. Adeo ut S. Cyprianus in tract. de habit. virg. vel membra etiam nostra esse templo Dei, prout corpora nostra Christi esse membra in 1. Cor. 6. v. 15. dicuntur, asserat & alibi, epist. 62. de fratribus & sororibus per Barbaros captis & abductis loquens, templo DEI captiva eos appetet, &c. Deniq; hujus mysterii aliquid, cum pluribus id genus aliis, ad Gentiles emanāste constat vel ex vulg. illo versiculo: *Est Deus in nobis &c.* Plutarchus in Cat. maj. uxores & liberos nostros Deorum templo vocat. Proprius verò, ut solet, accedit Seneca in epist. 41. ibi: propè est à te DEUS, tecum est, intus est; (fac. 1. Cor. 14. v. 25. in fin.) & porrò: *Bonus vir sine DEO nemo est; in unoquoq; virorum bonorum habitat DEUS.* & epist. 88. animus, nisi purus & sanctus, DEUM non capit. &c.

Ad d. §. V. sub. fin.

Propensius studium & cura vigilanter nostris cogitationibus adhibenda. &c.

Huc spectat insignis locus S. Patris Ephræmi Syri in serm. de vera & perfecta renunciatione &c. tom. 1. p. 61. Universum nostrum certamen in eo est positum, ut ab iis, quæ intra nos sunt, perturbationibus conquiescamus ac liberemur; & variis tumultibus renunciemus cum universâ turbâ pravatum cognitionum, quæ ab adversis illis potestariibus nobis ingeruntur. - - vera siquidem renunciatione hæc est: internâ animi pace ac quiete perfaci emque tueri. Quando igitur coram DEO in oratione persistis, *cave, ne pulchra tua vasa, in quibus Deo ministrash. e. cognitiones tuae, ab hostibus tuis rapiantur.* Et quô pacto, precor, vel in quo ministrabis Deo universorum, captis, i.e. abreptis & quasi in captivitatem abductis cognitionibus? non enim indiget DEUS, ut os vel lingua oret. Cultus autem Deo placens hic est, ut cognitiones & tota fortitudo ac vis animæ, cum mente totâ in DEUM absque ulla distractione ferantur. *Cave animum tuum ære vel plumbō misceas, h. e. animam tuam improbis atq; immun-*

immundis cogitationibus contamines. Quemadmodum enim virgo viro despontata, si corruptatur ab aliis, execrabilis efficitur marito; ita & anima sordidis cogitationibus distracta & pactis atque conditionibus obligata, abominabilis redditur sposo suo Christo. Quantum autem in se est, caveat indulgere atque consentire illarum dulcedini; ut sic *Christus Dominus*, ejus in se amorem cernens; misereatur ipsius, veniensque disperdat inimicos corruptentes eam, suadentesque inimicitiam adversus sponsum suum, & consilia eorum dissipet, qui illam à Christo avulsam corrumpere student. Cumque jam viderit Dominus *animam colligentem* se & quantum in se est semper quārentem & expectantem *Dominum* suum, ac nocte dieque ad ipsum clamantem, quoniam sic mandavit, *sine intermissione orandum esse*, citò faciet vindictam illius adversus inimicos ejus & mundans eam ab omni macula atque ruga, sanctam immaculatam sibi sponsam exhibebit. Quod si in eo hæc se ita habere credis, ut revera se habent, attendendum tibi erit, num *anima tua* invenerit lumen, quod ipsam deducat cum cibo & potu vero, h. e. ipso Christo, ad lucem inaccessiblem. Si verò non habes, nocte dieque inquirito, ut accipias, cœcus enim es; quoniam sic promissum est nobis, sicq; anima DEUM verum repertura est. Quandocunque ergo solem vides, verum soleum quartio *animamque tuam inspicio*, num *lumen verum* invenieris. Nam, quæ videntur, umbra tantum sunt eorum, quæ non videntur, verorumque bonorum *anima*. Quoniam ab his, quæ foris apparent, alius est homo intus latens. Et venit Jesus hoc salvare & hominem suum facere, venit enim *Filius hominis* quærere salvare, quod perierat: ipsigloria in seculorum secula Amen.

Evidem cogitationes cum mentis nostræ & præcipua sint & propria & intima & perpetua functio seu operatio, ita ut vivere ipsi (quod de homine dixit predicat Cicero in quest. Tuscul.) nil aliud esse videatur, quam cogitare. Cogitantes enim agimus, quicquid agimus, & cogitantes loquimur, quicquid loquimur; ait Augustinus e. 13. de persever. & ante eum Plato in Thætet. animam cogitando nihil aliud agere, quam secum ipsam differere, interrogando, respondendo, affirmando ac negando. Franc. item Baconus de Verulam. Anglie Cancellarius, hanc mentis vim cogitativam, a vett. propè neglectam, primas in illa tenere ostensurus, quoniam, inquit, qui meminit aut reminiscitur, cogitat; & qui imaginatur, cogitat; & qui ratiocinatur, cogitat; deniq; anima,

anima, sive à sensu monita, sive sibi permissa, sive in functionibus intellectus, sive affectum & voluntatis, ad modulationem cogitationum salutat; quæ est Nympharum tripudatio, &c. de augm. scient. cap. 13. Ipse Divinus Paulus ad Rom. 2. v. 15. omnia, quorum conscius est esse, sive potest animus, cogitata, dicta, facta; præterita, futura, præsentia; bona, mala, indifferentia; nostras ad cogitationes refert, quibus illa ad - vel improbentur, ex - vel accusentur. &c.

His ergo ex cogitationibus, cordis abundantiam & thesaurum S. quandoque vocant litera, cuncta, quæ vel os loquitur, vel manus operatur, tanquam ex radice & fonte inexhausto cum proveniant; Matth. 12. v. 34. seqq. c. 15. v. 19. add. Jerem. 17. v. 9. ibi: Wer kan es ergründen? Chrysipp. ap. Stob. 2. tit. 3. ubi orationis fons esse dicitur cogitatio; hinc Domini Autoris, de fonte hoc sollicitè custodiendo & radice cordis circumcidenda, h. e. de studio vigilantiori, curatiori & exquisitori cogitationibus adhibendo, monitum non modò summè est eo quæ magis necessarium, quò frequentius ac perniciosius in hoc, nemine nouo dictis factisque prius potiusque quam cogitatis suis in- & attendente, erratur; sed quoque ipsis ex S. literis haustum. Vid. Deut 10. v. 16. Jer. 4. v. 4. & 14. c. 9. v. 26. Prov. 3, 23 ad Rom. 2. v. 28. seq. Philo de circumcis. ubi cordis circumcisionem, de qua d. c. 10. c. 4. c. 9. c. 2. interpretatur cupiditatum seu cogitationum pravarum, quæ præputium dicuntur in d. c. 10. v. 16. excisionem.

Confer. etiam Marci Antonini Imp. quibus bene rectèque cogitandi quasi artem aliquam tradit, aureola planè verba in lib. 3. de vita sua. §. 4. & 9. lib. 4. §. 24. lib. 11. §. 16. seqq. lib. 12. §. 2. 16. seqq. & §. 33. quorum non possumus quin excerpta demus hic sequentia: vitæ reliquum ne conteras in cogitationibus de rebus alienis, nisi si quid ad communem utilitatem spectaverit. puta cogitando, quid iste vel ille agat & quorsum hoc vel illud agat, quid loquatur, quid cogitet; &c. etenim operis alieni observatio, à mentis propria custodia cogite evagari, oportet itaque, in cogitationum serie, frustraneum & superfluum omne declinare; curiosum autem & malignum multò magis: assuefacere verò te debes, ut ea duntaxat cogites, de quibus si quis subito te requisiverit, quid nunc in animo versas? liberè statim responde-re queas: istud vel illud; unde palam fiat exemplò, esse omnia apud te simplicia benevolaque & cogitationes omnes neglectim te habere, quæcunque voluptatem aut luxum ullò modò respiciant, aut emula-

G 3 10220 180

tionem

zionem, aut invidentiam & suspicionem aut aliud quidlibet, de quo pro-
 logui pudeat, hoc te vel illud in animo habuisse. Manè, cùm grava-
 tim exsurgis, in promptu sit, tecum hoc modo differere; ad opus huma-
 num jam expergiscor: num verò ægrè feram, si ad ea agenda proficis-
 cor, quorum gratia natus & in mundum productus sum; aut nunquid
 ad hoc conditus sum, ut stragulis involutum decumbens me foveam?
 At hoc, inquis, oblectar magis. Nunquid ergò ad oblectandum te na-
 tus es? cogita tecum, an vel sensus communis hoc ferat? -- Suis dun-
 taxat agendis intentus sibique ab universo destinata cogitet assidue.
 -- meminerit etiam, cognatum esse rationale omne & naturæ ipsius
 humanæ rationem ab unoquoque hoc exigere, ut hominum quorum-
 vis curam habeat. -- memineris, unumquemque præsens tantum-
 modò ætatis spatiū, quod puncti instar obtinet, vivere, reliquum
 tempus vel jam exactum esse vel in incerto planè situm. -- Non
 actiones tantum, sed cogitationes etiam minus necessariae sunt reciden-
 da; siquidem id agendò fiet, ut nec actiones consequantur supervaca-
 nea. -- Mens tua malum nihil opinetur & bene se habitura sunt
 omnia. -- *Imaginationem* omnem turbulentam vel inconveni-
 entem ita amolite & absterge motusque affectuum compelce, ut in
 summa statim tranquillitate consistas. -- Sæpè cogita, quanta
 cum celeritate abripiantur & subtrahantur, quæ sunt huncque, uni-
 versa. -- *Cogita* tecum jugiter, qualia nunc sunt omnia, talia prius
 actitata; *Cogita*, talia & futura esse. -- *Cogita* non esse actiones
 aliorum, quæ nos conturbant; sunt enim hæ in mentibus ipsorum
 sitæ; sed opiniones tantum nostras. -- *Cogita*, quantò graviora
 patiamur ex iracundia ac mæstitia, quam de ipsis concipimus, quam
 ex eis ipsis, quorum causâ succensemus & angimur. (& cætera id ge-
 nus, adversus iram & vindictam similesque cogitationes, vid. in d.lib.
 II. §. 18. Seg.) -- *Cogita*, qualem te, tūm corpore, tūm animā, à
 morte deprehendi oporteat; vitæ etiam hujus brevitatem. ita quæq;
 facias cogitesque oportet, ut qui confessim è vita hac possis
 discedere: humanis autem exceedere, siquidem DII sunt, nihil
 est grave; neque enim malo ulli involvent te. -- Ubi obrepit
 tibi *cogitatio*, peccasse aliquem, hæc tu tibi; unde novi, an pecca-
 tum hoc sit, aut si peccavit, an peccati ipse se reum perege-
 rit. -- Quicquid in manibus est, strenuè pergas, prout Ro-
 manum virumque decet, cum exquisita gravitate, humanitate, liber-
 tate,

eate,

rate, infititia; animumque interim ab aliis omnibus cogitationibus abducas; abduces autem si tanquam vita tua novissimam actionem unamquamque peregeris, omni temeritate & declinatione per affectus vim à rationis dictamine simulatione itidem & amore sui, eorumque, quæ à Numinis destinata sunt, aversatione liberam. -- qui animorum suorum motus non attendunt, infelicitate agant necesse est.

Cum Diis vivet, qui animum exhibuerit ita jugiter affectum, ut rebus sibi destinatis acquiescat. -- In hoc sita sunt omnia, ut menti tuae hulla insit cogitatio, quæ vel naturæ, vel animantis ratione praediti conditioni non sit consentanea, postulat autem ista, ut nihil temere statuamus, ut hominibus benevoli, Deoq; obsequentes simus.

Uno verbō scrutare & vide, quomodo se utatur mens tua; in hoc enim sunt omnia; reliqua, sive arbitrii tui sint, sive non sint, cadavera sunt & sumus. &c. add. Lib. 2. §. 5. 81. & lib. 8. §. 19. lib. 12. §. 7.

